¶Et ideo filia que contraxit matrimoniū abſq; cōſenſu patris ꝓut canones permittunt nō prohibetur dotem petere:vt no.ꝑ glo.in .c. ſi.xxxij.q.ij.in gl.prima.verſi.ſed nūquid.⁊.xxxvj.q.j.in.c.de raptoribus.in glo.in verbo excuſata:⁊ pari ratione videt̃ qđ filiꝰ nullo modo exheredari poſſit:vt ſupra dictum eſt ſꝫm Abb.in ↄſi.xij.lib.j.ꝟ.allegato.Et hoc idē in terminis tradit.Pet.de anch.in conſi.xxj.ꝑ ſolutione dubiorum in ſecundo dubio dum inquit quod pena quā canones cōcedunt filijs ⁊ filiabus liberā facultatē contrahendi matrimonium abſq; cōſenſu patris nō videt̃ ꝙ talis facultas metu pene per leges coartari poſſit.Et ꝓpter hoc concludit qđ filij tali caſu nō debēt ꝑuari hereditate patris naturali iure illis debita vt latiꝰ ipſe ibi ꝓſequitur.Et deciſionē Petri de anch.late cōprobat Alexan.qui.

in ſimili cauſa cõſuluit in conſi.xcvij.principalis du-
11 bitatio.lib.j.vbi cõcludit†nõ valere ſtatutum qđ im-
ponit penã filijs contrahẽtibus matrimonium ſine
cõſenſu patris:q: a tali ſtatuto aufertur libera facul-
tas contrahendi matrimonium.l.cum tale.§.reſcri-
ptum eſt.ff.de condi.ꝛ demon.vnde ſicut nõ valet ſta
tutũ quod tali caſu prohiberet matrimoniũ:pariter
nõ debet valere ſtatutum quod penam imponit ꝯtra
hentibus matrimonium:quia vbi nõ poteſt aliqđ di
recto:ꝛ principaliter prohiberi nõ poteſt etiam condi
tionaliter ꝛ per indirectũ ꝓhiberi:vt no.Bar.per illũ
tex.in.l.ſeius ꝛ augerius.ff.ad.l.falci.ꝛ per illũ tex.di
cit Bal.in.l.j.C.de indi.vidui.tol.ꝙ ſi non valet ſtatu
tum prohibitorium ergo nec penale:quia pena legis
nunq̃ poteſt incipere a permiſſiuis.arg.l.ab admini-
ſtratione.C.de leg.Et no.etiã Bal.in.l.omnes popu
li.col.vj.ver.ſed nunquid ſtatutum inualidum.ff.de
iuſti.ꝛ iure.Dicens ꝙ qui nõ poteſt diſponere ſimpli
citer non poteſt diſponere penaliter.Et ꝙ in adiectio
ne pene maior poteſtas requiritur q̃ in diſpoſitione
principali.Et in propoſito bene facit gl.no.in.c.de tu
telis.xxxvj.q.ij.in glo.fi.q̃ voluit ꝙ ſicut non valet ꝓ
hibitio legis ciuilis que prohibet mulierẽ raptã ma
trimonium contrahere cũ raptoribus.c.pe.de rapto
ribus.ita pariter non valet diſpoſitio iuris ciuilis q̃
penam imponit mulieri cõtrahenti matrimoniũ cũ
raptore:q: cũ ꝓhibitio ceſſat etiã pena ceſſare debet
vt gl.ibi dicit.Et iſta ratio pariter i caſu nr̃o ꝯcludit.
12 ¶†Unde ꝯcludendũ eſt ꝙ pena exheredationis im
poſita a iure ciuili nõ habeat locũ.¶Nõ obſtãt alle-
gata.ff.in cõtrarium:quia reſpõſio ex ſupradictis col
ligitur.Nam dictum Paul.de ca.in.d.l.ſi filia.nõ eſt
verum.ꝛ cõtrarium tenẽt Pet.de anch.ꝛ Abb.in cõſi.
ff.alleg.Et rationes contra Paulum ſunt efficaces:vt
patet ex p̃dictis.¶Nõ obſtat tex.in.l.iij.§.ſi emanci
patus.de cõtratabu.quia vt dicit Bar.ibi ille tex.ho-
die nõ habet locũ ꝛ no.Inno.in.c.accedens.col.fi.ver.
ꝛ per.predicta.de procura.Alex.in.l.j.col.x.ff.ſo.ma.
13 ¶†Et quauis plerique dicãt ꝙ filia etiam hodie poſſit
a exheredari duobus[a] concurrentibus.videlicet ꝙ ſine
conſenſu patris cõtrahat matrimonium ꝛ cũ turpi ꝑ
ſona vt glo.ſentit in.c.de raptoribus.xxxvj.q.j.§.ex-
cuſata.in fi.ꝛ vt no.Bal.in.l.nec filium.C.de nup.ꝛ in
l.ſi pr̃.C.de ſpõſa.Ant.de but.in.d.c.accedẽs.de ꝓcu.
Et Pet.de an.in ꝯſi.xxj.ff.alle.col.ij.hoc haberet lo-
cũ ſm iura antiqua:ꝛ ita doc.loquunt̃ i locis ꝑalle.q̃

a ¶Dnob⁹ hãc ſeq̃bat̃ Soci.in tra cta fallẽ.in reg.cclxxxj. de quo vide Iaſ.in aut. ſꝫ ſi poſt.C. de inoffi.te ſta. vbi re-fert oẽs te-nẽtes hanc opinio.fina lit̃ tñ tꝫ cũ do.Phi.hic Hiero.chu.

allegāt tex. in. d. l. iij. §. ſi emācipatꝰ. ſ; hodie ille §. eſt correctꝰ: vt. ſ. dictū eſt. Et q2 ſm iura canonica q̄ attendūtur hoc non videt verū. q2 matrimoniū a iure ciuili ꝓhiberi nō poteſt nec pena imponi poteſt per ea q̄. ſupra dicta ſunt q̄ oīa habēt locū etiā ſi cū turpi perſona contractū ſit matrimoniū: q2 eſt defectꝰ poteſtatis: vt. ſ. dictū eſt. Et iſta etiam ratio militat concurrentibꝰ his duobꝰ cū iura ciuilia in tali materia non habeant poteſtatem.

¶ Non obſt. dictū Bar. in. d. l. adijcimus. de murilegu. lib. xj. q2 non eſt verū per ſupradicta. ꝛ contra Bar. tenet Joā. de pla. in. d. l. adijcimus. vbi allegat Jo. an. in. d. c. ſtatutū. de hereti. in. vj. cuius opi. cōmuniter tenet vt Alex. concludit in. d. conſi. xcvij. lib. j. vbi alios plene refert in. iij. col. ꝛ latiꝰ ſcribit Fran. de curte in cōſi. xxvij. i. j. dubio ſ. allega. Et hoc modo etiā reſpondet ad alia. ſ. alleg. in contrariū.

¶ Et ſi ex omnibꝰ ſupradictis concluſio eſt ꝙ filius q̄ accepit vxorē ſine conſenſu patris propter hoc non poteſt exheredari. Et pari ratione non poteſt priuari alimentis/ q2 rationes ſuperiꝰ alle. etiā

14 militāt in alimētis: †ꝛ q2 a pari procedūt exheredatio ꝛ priuatio alimētorum: vt no. Bar. in. l. ſi quis ex liberis. §. ſi quis ex his. verſi. idē iudex. in ver. detuleras. ſ. de liberis agno. Et idē Bar. in. l. diuꝰ. ſ. de partici. ꝛ in. l. fi. C. de alen. lib. in prin. ꝛ per glo. in §. ſiue igit. in verſi. habere. in autēnica. vt cū. de appel. cog. ꝛ ide; Bar. in tractatu. de alimen. col. ij. ver. quero an ex cauſis. ꝛ Abb. in. c. cū haberet. col. fi. de eo q̄ duxit i matrimo. quā polluit p adul. Et ex his expedita ſit iſta lex.

¶ Subtilis Decius.

¶ Regula. l. Uerum eſt.

Verum eſt neq; pacta/ neq; ſtipulatiōes factū poſſe tollere: qd ꝯm impoſſibile eſt/ neq; pacto neq; ſtipulatiōe pōt comprehēdi: vt vtilē actionē/ aut factum efficere poſſit.

1 Nota †ꝙ impoſſile eſt factū nō eſſe factū. ad idē tex. in. l. i bello. §. facto. i pn. ſ. de cap. i. l. ſi ita qs. ſ. de euic. ꝛ in. l. j. §. ſi vir. ſ. de acq. poſ. ꝛ l auſ. de equali. dot. §. j. verſic. q̄ igit. vbi dicit qd ꝯm factū eſt infectū manere impoſſibile eſt/ adeo qd nec deꝰ ipſe facere pōt qd illō qd ſit factū nō ſit factū: vt no. Bar. i. l. nō dubiū. col. iiij. C. de legi. vbi alle. tex. noſtrū hic. ꝛ idē no. Bal. i. l. fi. circa fi. ver. his aūt factis. C. de lega. ꝛ l. l. ex his. in fi. C. de teſta. mili. late tradit Soci. inferēdo ad pulchrā q̄ſtionē. in ꝯſi. cij. in p̄ſenti ꝯſultatiōe. Et facit qd no. Bal. in. l. eā quā. col. x. ꝟ. circa q̄ntū. C. de fideicō. Et iō dicit tex. in. l. j. i pn. C. d rap. virgi. †qd mulier corrupta ꝛ violata reſtitui nō pōt. Et gl. ibi in ꝟ. non pōt: dicit/ qd etiā deꝰ facere nō pōt qd illa q̄ fuit corrupta nō ſit corrupta: l; ꝯm omnia deꝰ poſſit: ſuſcitare tamē virginem non pōt poſt ruinam: vt dicitur. in. c. ſi paulus. xxxij. q. v.

3 ¶†Et iſtud verũ eſt veritate inſpecta:ſed ꝑ viã fictionis facta pro infectis haberi poſſunt q̃tũ ad effectũ iuris:vt notat Bart.in.l.non dubiũ.col.iiij.et eſt glo. notabilis.in clemẽ.j.de immuni.eccle.in ꝟ.pro infectis.cũ ſimili.vt dixi.in.c.fi.col.ij.in fi.de.cõſti.Et ad idem text.in.l.non dubiũ.C.de legi.vbi pacta contra leges ꝓ infectis habentur.

¶Nec obſtat:qꝺ eſt impoſſibile qꝺ factũ nõ ſit factũ: vt hic dicit̃ ibi:impoſſibile eſt.cũ ſi.ſ̃.alleg.non videt̃ qꝺ per fictionẽ contrariũ induci poſſit:q꞉ fictio nõ hꝫ locũ ſuꝑ ĩpoſſibili.l.q̃ ad certũ.vbi Bar.ſ̃.loca.l.certe.in prin.ſ̃.de p̄ca. ¶Q꞉ reſpondet̃ vt declarat Bar. in.l.ſub.cõditione.ſ̃.de ſol.col.j.lex non põt fingere illud qꝺ eſt impoſſibile in ſuo genere:vt qꝺ fili⁹ ſit maior patre vel ꝙ furioſus cõſentiat:ſed bene fictio habet locũ in eo qꝺ eſt impoſſibile in aliquo caſu particulari.Et ſatis eſt qꝺ poſſibile ſit in ſuo genere.

¶Unde: fingit̃ q̃nqꝫ qꝺ ille q̃ mortu⁹ eſt viuat.l.fi.ſ̃. de va.mune.in princi.l.bello admiſſi.ſ̃.de excu.tuto. Et lꝫ impoſſibile ſit ꝙ mortu⁹ viuat/ſatis eſt ꝙ poſſibile ſit in genere ꝙ homo ſimilis viueret:vt lati⁹ declarat Bar.i.l.ſi is q̃ ꝓ emp.col.xv.ꝟ.tertio principaliter q̃ro.ſ̃.de vſuca.Et Alexan.refert in.d.l.j.§.ſi vir. de.acqui.poſſeſ.

¶Philippus Decius.

¶Regula.l.Quod attinet.

QUod attinet ad ius ciuile ſerui ꝓ nullis habent̃:non tamẽ nec iure naturali:q꞉ qꝺ ad ius naturale attinet omnes homines equales ſunt.

DE iſta regula dictũ fuit l.l. i ꝑſonã.ſ̃.eo. ſolũ adde ꝙ ſeru⁹†nõ põt eſſe tabellio.l generali⁹.C.de tabula.lib.x.obſtare tñ vr̃:q꞉ ſeru⁹ põt eẽ argẽtari⁹.l.p̄tor ait.§. ſꝫ ⁊ ſi ſeru⁹.ſ̃.de eden.Et tñ offiñ argẽtarij publica hꝫ cãm:vt dicit̃ in.l.argẽtari⁹.in p̄nc.ſ̃.de eden.põt dici ꝙ tex.in.d.l.generali.ꝓcedat ex noua ꝓuiſiõe illi⁹ legis.q꞉ text.dicit deinceps:⁊ ſic decetero: vñ videt̃ p̄ſupponere ꝙ ſꝫ iura digeſtoꝝ potuiſſet ſeruus eſſe tabellio.⁊ ad iſtã regulã ~~vide~~ aliã regulã q̃ habetur.ſ.eo.in.l.in omnibus officijs.

a ¶Generali.Ubi latiſſime Io. de platea ⁊ q̃ pena puniatur dñs q̃ permittit ſeruũ ſumere tabellionis officiuꝫ ibi:in prin.l.

¶Philippus Decius.

¶ Regula .l. In eo quod vel is.

IN eo qđ vel is q̄ petit vel is a quo petit lucri potiturus eſt durioꝛ cã eſt petitoris.

DE iſta regula videbim⁹ .l. eo. in reg. l. in pari: vbi meli⁹ cadit. ¶ Sȝ q̄ntũ ad cãm lucratiuã/ de qua loq̃tur iſte tex. ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ ſepe numero alia rõ dãni/ ⁊ alia rõ lucri hꝫ in .l. ꝑculus. in fi. ff. de dam. infec. l. ſi is cui. §. fi. ff. de fur. l. fi. §. licẽtia. C. de iu. delibe. l. fi. C. de codi. l. q̃ aũt. in ꝑn. ff. de his q̄ i frau. cred. l. cũ hic ſtat⁹. §. ſi marit⁹. ff. de do. iter virũ. ¶ Et hoc itelligiṫ niſi lucrũ radicatũ ſit/ qꝛ de tali lucro idẽ ꝙ de dãno iudicaṫ: vt ꝑ gl. in .l. j. §. ſi qs ꝓpter: in ꝟ. in itegrũ reſtitutiõe. ff. de itine. actuq̄ ꝑua. ⁊ no. Bal. poſt Cy. in .l. cũ te. C. de dona. añ nup. Bal. Ang. ⁊ Imo. in .l. nõ ampli⁹. §. j. ff. de leg. j. cũ ſimi. vt tradit ibi: Alex. ⁊ in .l. iij. ff. de dam. infec. in ꝑn. in .l. ij. §. fi. ff. q̃ ſatiſda. cog. ⁊ in .l. cũ emptoꝛ. ff. ad .l. fal. ⁊ in ꝯſi. lxxxix. viſo puncto. col. penul. lib. ij.

1 ¶ † Et de lucro agiṫ ⁊ cauſa lucratiua diciṫ qđ agiṫ de hereditate ⁊ donatiõe cauſa moꝛtis vel inter viuos vł de relictis in vltima volũtate. l. j. §. lucratiuas ꝟo. C. de imponen. lucra. deſcrip. lib. x. facit tex. i. l. ſi hereditatem. ff. manda.

¶ Et qđ titul⁹ hereditatis dicaṫ lucratiu⁹: ꝓbaṫ in .l. inter ſtipulãtẽ. §. ſi rem. de verb. obli. in .l. fi. §. pe. C. de codicil. in §. ſi ꝟo expectet. vbi Ang. in aut. de nup. ⁊ no. Alex. in ꝯſi. cij. ſuꝑ eo de quo q̄riṫ. col. pe. lib. iij.

2 ¶ † Et hoc habet locũ nõ ſolũ in hereditate extranei/ ſed etiã in hereditate aſcẽdẽtis. tex. cũ gl. in .l. ſi emãcipata. C. de iu. ⁊ fa. igno. Et ita hoc ampliãdo Alex. dicit in. d. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi rem. ¶ Et de heredita

3 te intelligiṫ † quãdo hereditas eſt ſoluẽdo, tũc habet cauſam lucratiuã: al's ſec⁹: vt no. Alex. poſt Dy. ⁊ Ange. in. d. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. per .l. ſi ſeru⁹ legat⁹. §. item ſi dom ino. de leg. j.

4 ¶ Et hoc videtur verũ † qñ a pꝛincipio cõſtat hereditatẽ nõ eſſe ſoluẽdo. pꝛout loquiṫ tex. in. d. §. itẽ ſi dño.

a ¶ Oꝛigi- 5 al's ſec⁹ videṫ: † qꝛ quãdo cauſa tradit oꝛiginẽ[a] a lu-

nem. Uide a cro lȝ quãdoq̄ damũ afferat lucratiua diciṫ. gloſſ. no.

j. nu. viij. vbi Imo. in .l. ſi duo. de acqui. heredi. in glo. penul.

¶ Similiter qđ acquiriṫ ex cauſa pene acquiſitũ diciṫ ex cauſa lucratiua: vt not. Bar. in .l. meuius. §. duob⁹. col. pe. de leg. ij. Idẽ Bal. i. l. nec dãnoſam. in. ij. oppo.

C.de ꝑci.impe.offi.facit tex.i.l.ſeru⁹ ea lege.in fi.ff.de ſer.expoꝛ.ꝛ qd not.Bal.per illũ tex.in.l.milites.in fi.C.de teſta.mili.
¶Similiter acquiſitũ in ludo dicit̃ ex cauſa lucratiua acq̃ſitũ:vt no. Bal.in.l.j.circa fi.in verſi.extra q̃ro.C.ſi q̃d in fran.patro. ¶Et acq̃ſitũ modico pretio dicit̃ acquiſitũ ex cauſa quaſi lucratiua.glo.not. in.l.apud celſum.§.de autoꝛis.in ver.cauſa.ff.de excep.doli.
6 ¶†An aũt lucrũ dotis qd facit marit⁹ ex foꝛma ſtatuti dicat̃ ex cã lucratiua:glo.no.in.l.ſi donatari⁹.§.j.in ꝟ.dũtaxat.ff.de cõdi.ob.cau. tenet ꝙ nõ.Sed ex cauſa oneroſa acq̃ſitũ dicit̃:q: ꝑpter onera matrimonij acquirit̃.ꝛ Bal.ibi ꝛ doc.alij cõiter ſequunt̃ vt Alexã.ibi dicit. ¶Et idẽ Bal.in.l.cũ multa.C.de dona.ãte nup.col.ij.in aut.ꝑterea. col.pe.ꝟ.ꝑterea nõ eſt verũ.C.vnde vir ꝛ vxoꝛ.ꝛ in.l.hac edictali.col. ij.C.de ſecũ.nup.ꝛ idẽ Bal.i cõſi.lxiiij.duo ſunt.lib.iij.l fi.ꝛ eſt bon⁹ tex.i.l.j.§.lucratiuas.ꝟ.ſi ꝟo.de impo.lucra.deſcrip.lib.x. ¶Sed tñ aduertẽdũ eſt ꝙ ꝑdicta videt̃ ꝓcedere iſpecta cauſa remota.Sz cauſa ꝓxima ꝛ immediata huius lucri eſt vir ipſe:ꝛ matrimoniũ:vt not. bal.in aut.ex teſtamẽto.col.x.ꝟſi.xiij.capitulũ.l fi.C.de colla.Et ꝓ dicto bal.eſt tex.in.l.cũ q̃s.ff.de do.pꝛealleg.l.§.j.vbi dicit̃ ꝙ matrimonij cauſa id lucrat⁹ eſt.ꝛ ꝑ illũ tex.hoc tradit Bal.nouell⁹.in trac.de dote.in.vj.pte.l.xxxvij.ꝑuilegio.col.iij.Et iſta cauſa ꝓxima attẽdit̃: vt no.Bal.i.d.aut.ex teſtamẽto.in loco ꝑal.alle.l.ſʒ ꝛ ſi plures.§.i arrogato.ff.de vulg. ¶Et iſta rõne:q: cã immediata attẽditur.tale lucrũ dotis aduẽtitiũ dr̃:vt not.bar.in.l.ſi cũ dotẽ.§.trãſgrediamur.in fi.ff.ſo.ma.ꝑ tex.in.l.j.vbi bal.in fi.C.de bo.q̃ libe.Idẽ bal.in.l.ſi donatari⁹.§.j.l pn.ff.de ꝯdi.ob.cau. ¶Et certe cũ tale lucrũ marito acq̃rat̃ immediate abſq: aliquo onere ex cã lucratiua acquiſitũ videt̃:q: cauſa oneroſa dicit̃ q̃n onus eſt cauſa acq̃ſitionis/vt in ẽptione contingit.l.apud celſũ.§.de autoꝛis.ꝟ.ſi q̃s aũt.ff.de excep.doli.Et ideo in dote dicit̃ cã oneroſa.l.ex ꝓmiſſione.ff.de act.ꝛ obli.q: dos dat̃ ꝓ onerib⁹.C.de iu.do.l.dotis fructus.ff.de iu.do.l.dotẽ.ff.de caſt.pecu. ¶Non ſic vr̃ in tali lucro ſtatuti qd marito defert̃/q: ipſe etiã abſq: tali lucro cogebat̃ onera mr̃imonij ſubire/ꝛ videm⁹ ꝙ tale lucrũ acq̃rit̃ etiã marito q̃ onera mr̃imonij nõ ſuſtinuit:vt no.Bar.l.l.nihil.ff. de re.amot.Bal.i.l.deo nobis.ꝑ illũ tex.C.de epiſc.ꝛ cle.l.l.nõ ſine.C. de bonis que li.cũ ſimi. ¶Et ꝙ tale lucrũ ex cã lucratiua dicat̃ ꝓce-
7 dere:exꝑſſe tenet Ang.i aut.de nup.§.aſcriptio.Et ad hoc facit.†q: donatio eſt ꝓhibita iter virũ ꝛ vxoꝛẽ q̃n donãs paupérioꝛ efficit̃/nõ aũt ſi lucrũ remittit̃.l.ſed ꝛ ſi vir.§.qd legaturus.l.cũ hic ſtatus.§.ſi maritus.cl.ij.verſi.ſi miles.ff.de dona.inter virum.
¶Et ideo tale lucrũ remitti põt vxoꝛi per maritũ/q: cãm hʒ lucratiuã:vt no.ꝯcludit And.ſicu.l cõſi.lix.illud l medio.col.ix.lib.ij.idẽ dicit Alex.in.l.ſi ſocer.§.lucius.ff.ſoluto matrimo.ꝛ idẽ cõcludit Soci. in cõſi.cxiiij.viſo teſtamẽto.col.ij.verſi.ad ſecundã rationẽ.
¶Et ex deciſiõe iſtoꝝ ꝯcludẽdũ eſt tale lucrũ ſtatuti ꝓcedere ex cauſa lucratiua attẽta cã ꝓxima q̃ inſpicit̃:vt dixi.Et alleg.ff.in ꝯtrariũ poſſunt habere,locũ cõſiderando cauſam remotã que nõ attẽdit̃.l.ſo-

cium qui in eo. §. pro ſocio. ¶ Nō obſt. q̄ cauſa lucratiua vel oneroſa debet iudicari ab origine: ſecūdū gl.
8 in. d. l. ſi duo. §. de acqui. here. ¶ † Quia illud ꝓcedit quando cauſa de ſui origine ⁊ natura habeat cauſam lucratiuā. Nam licet accidentaliter dānum occurrat non attenditur prout eſt in hereditate: de qua illa gl. loquitur: non ſic videt in lucro ſtatuti qd de ſui natura cauſam habet lucratiuā per ſupradicta. Et ideo ſecūdū principalē ei⁹ naturā, iudicari debet. arg. l. ſi q̄s nec cauſam. §. ſi cer. peta. ¶ Philippus Deci⁹.

¶ Regula. l. ſemper in ſtipulationibus.

SEmp in ſtipulationib⁹ ⁊ in ceteris contractib⁹ id ſeqmur qd actū eſt: vnde ſi non appareat qd actū erit. cōſequēs eſt vt id ſequamur qd in regione in qua id actū eſt frequentat. Quid ergo ſi neq̄ regiōis mos appareat/quia vari⁹ fuit ad id qd minimum eſt redigenda ſumma eſt.

1 NOta † q in cōtractib⁹ pmo attēdit qd actū eſt a partib⁹. ad idē tex. i. l. ſꝫ celſus. §. ſi fundus. de ꝯhen. emp. vbi dꝫ q in ꝯctu potius id qd actū eſt q̄ id qd dictū eſt[a] ſeq dꝫ. Et in ꝯctib⁹ veritas rei potius q̄ ſcriptura ꝓſpici debet vt dꝫ in. l. j. C. plus vale. qd agi. ⁊ l. ij. eo. tit. vbi dicit nō qd ſcriptū eſt; ſed quod geſtū eſt inſpicitur. Iuſtū eſt enim volūtates cōtrahētiū magis q̄ verboꝝ cōceptionem inſpicere vt dicitur in. l. fi. in prin. C. que res pig. obli. poſ. ad idem tex. in l. in cōuentionibus. §. de verb. ſig. in. l. promittēdo. in prin. §. de iur. do.

a ¶ Dictum eſt. Quid in mrimonio. vide text. ⁊ ibi not. in. c. tua nos. de ſponſali.

2 ¶ Et predicta procedunt † qn̄ cōſtet de volūtate ⁊ apparet qd actū eſt vt hic dicit. Secus ſi nō apparet qꝛ tūc plus valet ſcriptura q̄ qd actū eſt. l. ſi alq̄ i fi. §. de vſufru. lega. q tex. ita intelligit: vt declarat Bar. poſt
3 gl. in. l. in ābiguo. §. de rebus dubijs. ¶ † Et ratio eſt qꝛ ꝓpoſitū i mēte retētū nihil operat. l. ſi repetēdi. C. de ꝯdi. ob cau. Et nō ſufficit teſtatorē ita voluiſſe niſi diſponat. l. qdā cū filiū. vbi Bal. ⁊ Imo. §. de here. inſti.
4 ¶ Et eſt cōis doctrina q † recedit a verbis qn̄ aliter cōſtat de mēte diſponētis vt no. in. l. nō aliter. in pn̄. de leg. iij. ⁊ late tradit Bart. in. l. nō dubiū. col. ij. ver. ſecūdū dubiū eſt. C. de legi. Bal. in. l. iuriſgētiū. §. pactoꝝ. §. de pac. Ange. in cōſi. ij. premitto primo. col. ij. Aretinus in conſilio. lxvj. viſo puncto. columna. j. in ſingu. Alex. in ꝯſi. cxvj. animaduerſis ſtatutis. col. iiij. li. ij. ſic

ergo ſi nō apparet ꝙ actū eſt: nō eſt recedēdū a ꝟbis ⁊ actū videt̃ qđ ex verbis colligitur: quia videtur ꝗs habere voluntatē ꝓut ꝟba ſonant. l. labeo §. idē tubero. de ſupelle. lega. ⁊ in. l. nepos ꝓculo. de ꝟb. ſig. ⁊ id loquitur ꝙ ex his que ſignificant̃ ſenſit. ⁊ ideo a verbis cōtractus nō eſt recedēdū. l. ſi ꝗs ſtipulat⁹ ſit ſtichū. de verb. oblig. l. fideiuſſores magiſtratuū. ff. de fideiuſſo. q̄ iura ad hoc alleg. Pau. de caſt. in ꝯſi. cccxxvij. ſuper primo. ⁊ in cōſi. clxſ. in preſenti cauſa. ad idē tex. in. l. fi. C. cōia vtriuſq; iudi. vbi tenor ſtipulationis inſpicit̃. Et in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio orit̃ inſpicieda ſunt. l. ſi ita ſtipulatus §. griſogonus. in fi. ff. de ver. oblig.

5 ¶ †Et ex loquela hominis eius anim⁹ indicatur: vt no. Bal. in. l. ſed ⁊ reprobari. in prin. ff. de execu. tuto. ¶ Et verba contract⁹ ſunt forma contract⁹ q̄ forma dat eſſe rei: vt no. Bal. in. l. quoties. col. ij. C. de ſuis ⁊ legit. ⁊ nullum eſt magis noſtre mentis teſtimoniū ꝙ q̄litas inſpecta ꝟborū vt Bal. dicit in. c. j. de teſti. cum ſimi. vt tradit And. ſicu. in conſi. lvj. lib. ij. in conſi. ix. col. pe. lib. iij. in conſi. xx. col. pe. eo. lib. iij. ⁊ in conſi. xlij. col. iij. in eo. lib.

6 ¶ †Simitr actū vr̃ etiā illud qđ tacite intelligit̃: vt not. Bar. hic. p. l. cū ꝗd. ff. ſi cer. pe. vbi hoc ꝓbat̃. in his. q̄ ſunt de natura ꝯct⁹: illud ſi nō vr̃ proprie ex cōuētione cōtrahētiū. Sed poti⁹ ex ꝓuiſiōe legis: q: tex. ibi dicit agi intelligit̃ ⁊ pro cauto habet̃. ⁊ declarat illum text. Are. in. l. iiij. §. catho. col. xiiij. de ꝟ. obl. facit qđ no. Bar. i. l. cū ſtipulatus. de ver. obli. vbi cōcludit ꝙ obli. ad intereſſe q̄ tacite in obligatione facti intelligitur nō dicit̃ ex diſpoſitione hominis ſed legis.

7 ¶ †Itē actū vr̃ illud qđ ex q̄litate rei colligitur: vt no. Bar. hic poſt glo. no. ⁊ ad idē gl. ⁊ ibi Bar. in. l. j. §. qui ſuperficiē. ff. de ſuperficieb⁹ in verbo agendo: que dicit ꝙ ex qualitate pretij colligit̃ an fuerit vēditio vel locatio. ⁊ no. Bar. in. l. patron⁹ §. j. col. ij. de leg. iij. Pet. de an. in conſi. cccciij. pluribus rationibus. col. ij. Alex. in cōſi. xxvj. ꝯſiderātis verbis. lib. iiij. ⁊ Areti. in ꝯſi. vj. viſo inſtrumento viſionis. col. pe. Et quādo in fi. inſtrumenti dicitur actum in tali loco verbum illud actum rem perfectam ſignificat Pau. de caſt. in cōſi. cciiij. ad primū queſitum. Bal. in. l. quod ſine. C. de teſta.

8 ¶ †Scđo colligitur hic ꝙ in cōtractib⁹ ſi nō apparet qđ actū ſit ſecūdum ſupradicta recurritur ad conſuetudinē: videtur tamen ꝙ in primis cōſuetudo ipſius ꝯtrahentis inſpiciatur. l. vel vniuerſorū. ff. de pigno. actio. l. qui ſemiſſes. ff. de vſuris. ⁊ in. l. heredes palam §. ſi ꝗd poſt. in fine ibi: ex ꝯſuetudine patriſfamilias vel religiōis. ff. de teſt. ⁊ in. l. ſi ſeruus pluriū §. fi. de leg. j. ibi: ante omnia ipſius patriſfamilias conſuetudo: deinde regionis.

¶ Unde conceſſio facta ab eccleſia videtur facta ſecundū conſuetudinem eccleſie concedentis: vt no. Alexand. in conſi. cxxiij. cōſiderātis his. colum. ij. lib. v.

9 ¶ †Et ꝯſuetudo vltima attenditur. l. mella §. quid ergo. de alimen. ⁊ cib. leg. ⁊ tradit Alexander in conſilio. v. ſi vera ſunt. col. fi. lib. v.

¶ Sed ceſſante conſuetudine ꝯtrahētis ſecūdū cōſuetudinē locicō-

tractus interpꝛetaṫ: vt hic & ꝛ. ad idem tex. in. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edil. edic. ⁊ in. l. ſi fundus. ff. de euic. in. l. ſi pri⁹. §. placuit. ff. de aqua plu. arc. ⁊ in. c. ceterũ. de dona. ⁊ no. Bar. in. l. fi. in. pꝛin. ff. de his q̄ in frau. cre. et in. l. ſi pꝛocuratoꝛ. in pꝛin. ff. de iur. fiſ.

10 ¶ Et ideo † doctoꝛ conductus videṫ cõductus ſm cõſuetudinē ſtudij: vt no. Bar. in. l. nemo eſt q̄ neſciat. ff. de duob. reis. Et magiſtrat⁹ etiã videnṫ creati ſm cõſuetudinē: vt no. Bar. i. l. magiſtrat⁹. i pn̄. ff. ad muni.

11 ¶ † Et notari⁹ rogat⁹ videṫ vt apponat clauſulas cõſuetas a vt not. Bal. per illũ tex. in. l. fin. C. de fideiuſſo.

12 ¶ † Et generaliter quelibet diſpoſitio recipit diſpoſitionē a cõſuetudine vt eſt dictũ Inn. in. c. olim. de ver. ſig. ⁊ ſeqniṫ Abb. in. c. certificari. de ſepul. cũ ſi. vt late cõgerit Feli. in. c. cũ. M. co. iij. ⁊. iiij. de ꝯſti. ¶ Et ṗus Alex. in. l. huiuſmodi. in pꝛin. de leg. j. ⁊ in conſil. xxvij. in cauſa ⁊ lite. lib. ij. ⁊ in ꝯſi. cvij. pꝛo inueſtigatiõe. co. pe. eo. lib. ij. ⁊ i cõſi. xxxvij. viſo dicto inſtrumento. col. ij. li. j. C. ⁊ And. ſicul. in. c. quo ad tranſlationē. char. iij. de offi. leg. ⁊ i cõſi. v. col. pe. lib. j. ⁊ in cõſi. vij. colũ. ix. ⁊ in cõſi. xiiij. col. pe. in cõſi. xxxvij. col. v. in cõſi. ij. col. iij. in. ij. lib. Et adde tex. i. l. nē eoꝛum. §. decuriões. ibi: ſecũdũ conſuetudinem locoꝛũ. ⁊ idē no. tradit Bar. in. l. paul⁹. la. j. in pꝛin. ff. de ſolu. ⁊ no. Ange. in cõſi. lxxxv. ex themate. Bal. in. l. ita demũ. §. fi. ff. de arbi. l. l. ſi certis annis. col. iij. ꝟ. credo autem. col. fi. C. de pact. Ro. in ꝯſi. xciiij. viſis his. col. fi. ⁊ Ang. i cõſi. clxxxiiij. ex foꝛma ⁊ ſerie col. j. in. fi. vbi allegat. tex. nr̄m hic. ⁊ Bal. i cõſil. cxxxj. tres ſnie. lib. j. Cuma. in conſi. ij. pꝛoponiṫ col. ij. ⁊ Soci. in conſi. xciiij. pꝛeſtantiſſimi. col. iij.

13 ¶ Et ex pꝛedictis infertur q̄ † clauſula codicillaris videaṫ appoſita de volũtate teſtatoꝛis ex q̄ cõſuetũ eſt qḋ apponaṫ cõtra Bar. in. l. j. in. vj. q. ff. de iur. ꝯdi. Ita And. ſicu. cõcludit in. d. c. quo ad tranſlationē. de offi. deleg. ⁊ Alex. in ꝯſi. j. col. ix. in pꝛin. lib. v. ⁊ facit quod not. Bal. in. l. j. col. fi. ff. ſolu. mat. in ꝟ. Sed ponamus

14 Ʒhētes. vbi dicit q̄ † notari⁹ põt i inſtr̄o dotis apponere hypothecã. de qua Ʒhētes nihil dixerũt: qꝛ vr̄ rogatus vt apponat clauſulas que ſunt de natura contractus.

15 ¶ Et pari ratione videtur q̄ † pena apponi poſſit in contractu: quia conſuetum eſt q̄ pꝛo obſeruatione cõtractus pena apponatur.

¶ Contrarium tamē decidit Bal. in. l. ſi duo patroni §. ſi quis iurauerit. de iureiur. in pꝛin. in verſ. nõ tamen pꝛeſumam penam. vbi dicit q̄ pena nõ pꝛeſumi

a ¶ Cõſuetas. Uide Pau. de ca. in. l. j. ff. de iuriſ. om. iudi. ⁊ latiſ. p Alexã. in. l. ſi finita. de dam. infec. Barb. in cõſil. ix. colũ. pe. i. iiij. vo. et Iaſ. in. l. gall⁹. §. idē credēdũ. de lib. ⁊ poſth. ⁊ do. Phili. in. c. cũ. M. hic allegato. co. ij. i. v. nota. Hier, Chu.

tur etiam ſub dictione ⁊ cetera: q2 nō eſt vniformis. ⁊ Soci. ſequitur in.l.gallus.§.item credendum.co.ij. de libe. ⁊ poſthu. Adde ꝙ cōtrarium Ang. dicit in.l.ij. ff. de iuriſ.om.iudi. in prin. ꝟſi. poteſt ⁊ aliter exēplificari. vbi inquit ꝙ ille q̄ habet poteſtatē vēdendi bona fiſcalia poteſt apponere omnia pacta penalia ſecūdū mores regionis. ⁊ idē Abb. dicit i.c.ij. de pecca. vbi loquit̄ in mādato ad pacē faciendā. Et hoc poteſt pcedere quādo eſſet conſuetudo vniformis circa penam.

16 ¶ Et pari ratione † iuramētum videt̄ ꝙ ratione cōſuetudinis apponi poſſit in contractu.

¶ Sed nō eſt verū: quia iuramentū requirit formalitatem verborum ⁊ ſpecificā expreſſionem: vt no. Abb. poſt Anto. de but. in.c.penul. de iureiur. ⁊ proſequit̄ Soci. in.d.§.idem credendum.

¶ Et pari ratione idem videtur ꝙ ratione conſuedinis in cōtractu venditionis apponi poſſit cōſtitutū. Sed cōtrarium in hoc Alex. concludit in conſi.xxviij. viſo ⁊ prehabito.lib.ij.

¶ Et in effectu videtur ꝙ ſupradicta intelligant̄ in his que ſunt de natura contractus: ſecus videtur in alijs: vt no. Alex. in cōſi. prealle. vnde in ſubſtātialib9 nō fit ſupplemētū a cōſuetudine: vt no. Jo. and. in ti. de inſtru. edi.§.inſtrumentum co.iij. ver. ꝙ ſi a contractibus. ⁊ Ang. in.l.licet.C.locati.

17 ¶ Et vlteri9 notādū eſt † ꝙ illa facultas extēdēdi cōtractū ſm cōſuetudinem loci habet locū in notario q̄ rogatus fuit. Secus eſt in eo cui alterius rogatus cōmittitur: quia ille nihil poteſt exprimere nec declarare: cum officium eius ſit tranſcribere ⁊ non addere nec interpretari: vt not. Bald. dicit in rubrica.C. de fide inſtru. in col.vj. in ver. quarto queritur. Quod tñ non videtur procedere ſine dubio. q2 iſta interpretatio que fundatur in cōſuetudine non adheret pſone notarij qui rogatus fuit: ⁊ ideo videtur ꝙ etiam per

a aliū notariū fieri poſſit[a] ex eo quod no. Bar. in.l.argētarius. in prin. ff. de edē. ⁊ Alex. ibi ſpecial'r hoc dicit.

¶ Ultimo notandū eſt ad ſupradicta qꝺ iſta cōſuetudo interpretatiue non requiritur qꝺ ſcripta ſit: vt no. Areti. in cōſi. vndecimo procedēdū. ⁊ in.d.c.cum.M. vbi allegat Ant. de but. qui hoc dicit in.c.fi. de cōſue. in quinta charta. in ver. ex his dicit Nicolaus de mata. Et idem Alex. in conſi.cvij. pro inueſtigatione. col. pe.l.ij. finis. ¶ Philippus Decius.

a ¶ Fieri poſſit. Uide latiſſime p do. Bar. in ꝯſ.ix. in pe. co.l.iiij. vo. ⁊ Iaſ. in.l. gall9.§. idē credēdū. de libe. ⁊ poſthu. Hiero. Chuchalō.

¶ Regula.l. Nihil tam naturale.

Nihil tã naturale eſt ꝙ eodẽ gñe quod ꝙ diſſoluere qđ colligatũ eſt. Ideoꝙ verborũ obligatio verbis tollit. nudi ꝯſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

Iſta regula etiã habet in .c.j.extra.
a eo.ti, vbi đr qđ oĩs res ꝑ quaſ cũꝙ cãs naſcit per eaſdem diſſoluit. facit tex.in.§.fi.inſtit.q.mo.tol.oblig.ꝛ in l.j.C.qñ liceat ab emptiõe diſcedere.ꝛ in
1 l.pꝛout quiſꝙ.ff.de ſol. ¶ Et ideo † cuius ꝯſenſus in ꝯtrahẽdo requiritur eiuſdẽ etiam I diſſoluendo interuenire debet.aut.ꝯtra ſi filij.C.de repu.in fi.ꝛ ibi Bar.
2 ¶ † Et quot teſtes reqrunt in pꝛobãdo teſtamẽtũ pariter tot requirũtur in reuocatione teſtamẽti:vt no.ꝑ gl.in.l.cũ pꝛoponeretur.de leg.ij.vnde ſi ex foꝛma ſtatuti legatũ põt ꝓbari duobꝰ teſtibꝰ:eodẽ modo reuocatio legati poterit duobꝰ teſtibꝰ pꝛobari:vt no.Bal. in.l.fi,col.fi.ꝟ.ex hoc ĩfero,C.de fideicõmiſ.ꝛ ſicut collatio beneficij poteſt pꝛobari teſtibus:pariter renunciatio beneficij teſtibꝰ pꝛobari poterit:vt no.Bal.in.l. ij.in fi.de reſtitu.ſpolia.
3 ¶ † Et ſi ſolutio debiti nõ poteſt ꝓbari niſi ꝑ inſtrumẽtũ ex foꝛma ſtatuti pariter idẽ erit in ꝯtrario videlicet in debito qđ nõ poterit teſtibꝰ ꝓbari ſꝫ Pet.de anch. in ꝯſ.cccli.in queſtione.
¶ Et ſi contractꝰ eſt bonefidei pariter ꝛ diſtractꝰ erit
4 bonefidei.l.ab emptiõe.vbi Bar.ff.đ pac. Et ſicut † hodie pacto nudo donatio fieri poteſt.l.ſi qs argẽtũ.C. de dona.ſic etiã nudo pacto reſolui poteſt:vt no.ꝑ gl, ꝛ doc.in.đ.l.ab emptione.
¶ Et ſicut pignꝰ ſolo cõſenſu cõtrahitur.l.j.ff.de pig. actio.ita etiã ſolo conſenſu reſoluit.l.pe.C.de pigno, not.ꝑ glo.in.l.ſi tibi.§.de pignoꝛe.ff.de pactis.
¶ Et ſi tenuta data fuit đ facto ꝑte nõ citata pariter nõ citata ꝑte põt reuocari:vt no,Bar.l.l.ſi pacto quo penã.C.de pac.facit qđ no.ꝑ glo.in.l.minoꝛ.in ꝟ.ſeiꝰ. ff.de euic.cũ ſimilibꝰ.vt tradit Alexan,in.đ,l.ſi pacto quo penam.in vlti.nota.
5 ¶ † Et omnia ſupꝛadicta procedũt qñ I ꝯficiẽdo actũ
b de neceſſitate aliqd requiritur b.nam tũc etiã in reuocatiõe illud adhiberi debet,Secꝰ ſi vltra neceſſitatez ex abũdãti aliqua ſolẽnitas adhibita ſit:qꝛ tũc illa ſolẽnitas nõ eſt neceſſaria I reuocatiõe:vt no.declarat Bar.in.l.heredes palam.§.ſi quis poſt.ff.de teſta.vbi

a ¶ Res.vide Iaſ. i.l. queadmodũ de acqr. poſ.i.ij.no, ꝛ Bar.in.l. actoꝛ.ff.rez ra.hab.pe. col.ꝛ Iaſ.l, j.C.qñ non pe.ꝑtes,co. y.ver.qnto nota ꝛc. Hier. chu.

b ¶ Reqrit Vide Iaſo. poſt Bal.ꝛ moder.i.l. ſine apud acta. C.de tráſactionibus.co,ij.ꝛ eũdez poſt Bar.in.l.ſi vnus.§.pactꝰ.viij.col. de pac.ꝛ in l.moꝛe.de acq.hered, ꝛin.l.ꝙ inſ ſit.colũ.iij. ver,ſecũdo principaliter nota.de re iud.Hierony.chu.

inquit ꝙ dũ ibi dicit ꝙ in mutatione teſtamenti om-
nia ex integro facienda ſunt intelligitur omnia que
de neceſſitate fieri debuerint. qđ enim ſi in pͥmo te-
ſtamento fuerũt decem teſtes: nam ſatis erit reuoca
re teſtamentũ corã in ſeptem. Et ideo conſuluit Pau.
de caſt. in cõſi. cclxij. dubiũ facit in ſupraſcripto pun-
6 cto ꝙ † pͥmũ teſtamentũ ad pias cauſas factũ coram
ſeptem teſtibꝰ tollatur per ſecundum factum coram
duobꝰ teſtibus. Et ſequitur Alexander. in. l. hac con-
ſultiſſima. §. ſi quis autem. colũ. fi. per. l. ij. ff. de iniuſt.
rup. teſta. Et idem Alex. concludit in conſi. cxlvj. viſo
themate. col. fi. lib. ij. qꝛ non ſunt in conſideratiõe que
abũdãt. l. iij. C. de teſta. ꝛ idẽ Alex. in ꝯſi. cvj. viſo ꝛ di-
ligẽter ꝯſiderato themate. col. ij. verſi. quinto adduco
quod dicit dñs. Anto. in. iiij. lib. ꝛ idem Andr. ſicu. in
conſi. xliij. col. iiij. lib. iij.
7 ℭ † Itẽ iſta regula nõ habet locũ in ſpiritualibus q̄
facilꝰ ꝯſtruunt q̄ȝ deſtruant. ꝛ dicit tex. in. c. inter cor
poralia. in pͥn. de trãſla. pͥla. vñ vt ibi dicit ſolus
epͥs honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt.
8 ℭ † Et ideo matrimoniũ facilꝰ cõtrahit q̄ȝ diſſoluat:
vt dicit tex. in. l. ꝯſenſu. in pͥn. C. de repud. nã ſolo cõ
ſenſu ꝯtrahit. c. cũ locũ. de ſpõſa. c. ſufficit. xxvij. q. ij. cũ
ſimi. vt. ff. dictũ fuit i regula nuptias. ff. eo. ꝛ tñ ſolo cõ
ſenſu diſſolui nõ põt imo nullo modo: quia quos deꝰ
coniũxit homo nõ ſeparet. c. ij. de tranſla. pͥla. c. an qđ.
xxiij. q. ij. ꝛ in. c. ex parte de conuerſio. coniuga.
ℭ Et idẽ eſt in baptiſmo ꝛ in ordine vt no. per gl. in
c. j. de reg. iur. qꝛ in iſtis in q̄bꝰ imprimit caracter ſpi
ritualis contrariꝰ actꝰ proprie interuenire non po-
teſt: vt Abb. dicit in. d. c. j. ſicut in virginitate que ſe-
mel amiſſa recuperari non poteſt: vt dictũ eſt. ff. in re
gula verum. ff. eo. Philippus Decius.

ℭ Regula. I. Culpa eſt.

Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti.

8 Similis regula habet eo. tit. in. vj. in regula nõ eſt culpa.[a] Et exẽ
plificari poteſt in aſſeſſore q̄ videt aſſerere
ſe peritũ: ideo propter imperitiam tenet. l.
ij. ff. qđ q̄ſq; iuris. ℭ Et pari ratione me-
dico imperitia imputat. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offi.
preſidis. Deliquit enim q̄s officiũ alterius vſurpando.
c. tua nos. de homicidio. Ideo debet q̄s abſtinere ab

[a] ℭ Culpa. vbi videas plura exẽpla p Dy. ꝛ latiſſi. per eius addi. ꝛ p Jo. an. in mer. vbi ponit. q. an teſtis q̄ nõ iuratꝰ ſe im miſcuit fe-rẽdo teſti-monium: ꝛ falſum di-xit ſi teneatur pena falſi. quam etiã refert hic Alberi.

officio cuius ſe idoneum non eſſe cognoſcit.c.non pu niẽda.§.fi.j.q.j.⁊ facit tex.in.l.doli mali.§.fi.§.de noua.vbi qs nõ debet eſſe curioſus de reb⁹ alienis.
ℭEt vn⁹ officialis non debet ſe de offic.alteri⁹ intromittere.vt no.Bar.p illũ tex.in.l.in prouincijs.C.de numera.actua.cartul.lib.xij.⁊ not.Bal.in.l.repetita.C.de epiſ.⁊ cle.cũ ſimi.vt tradit And.ſicu.in cõſi.xlv.col.iij.lib.iij. ℭEt verbũ illud ad ſe nõ pertinẽti tollit ↄtraria de qbus.gl.opponit:qꝛ verbũ ꝑtinere latã habet ſignificationẽ.l.verbũ ꝑtinere.de verb.ſigni.
ℭUnde illud qd quis facit tanꝗ negotiorũ geſtor vel procurator vel intuitu pietatis dꝛ ad eũ ꝑtinere:qꝛ facultas ſibi datur a iure:ideo ꝑtinet ratione officij vt i tutore ⁊ procuratore:⁊ ratione amicitie vt in eũ qui alteri⁹ negotia gerit:vel ratione humanitatis.l.nõ tm̃.ff.de appel.Nã hominẽ affici bñficio hominis intereſt.l.ſeru⁹ ea lege.§.de ſer.expor.⁊ not.per Dy.in.d.regu.nõ eſt ſine culpa.⁊ ibi ꝓſequit an qs teneat aliũ defendere.de quo dixi in.c.j.de offi.deleg.finis.

ℭPhilippus Decius.

ℭRegula.l.Nemo qui cõdẽnare.

NEmo q cõdẽnare nõ poteſt abſoluere poteſt.

1 NOta regulã negatiuã†qꝙ q non põt cõdẽnare nõ põt abſoluere:et iſto modo arguit iuriſcõſult⁹ in.l.ſolẽt.in princ.§.de offi.ꝓconſul.⁊ lega. Et ibi Bal.in.ij.notabi.dicit ꝙ q nõ põt cõdẽnare ↄdẽnãdo nõ põt abſoluere abſoluẽdo.Et a ↄtrario ſenſu q poteſt cõdẽnare poteſt abſoluere vt dicit in.l.qui condẽnare.§.de re iudi.
2 ℭ†Et regula noſtra hic bene ꝓcedit qñ qs nõ põt cõdemnare ex defectu iuriſditionis.Sec⁹ ſi non poſſit condemnare ex priuilegio perſone/quia tũc abſoluere poteſt.l.quotiens.C.vbi ſenato.vel clariſſi.⁊ Bal.ibi rationẽ adducit:qꝛ ꝑuilegiũ nõ dꝫ nocere ꝑuilegiato.
3 ℭSecũdo†fallit in materia correctoria[a] qꝛ ſi tollitur poteſtas condẽnandi non videtur adempta poteſtas abſoluẽdi.gl.no.in cle.j.in ver.ↄtra eos.de here.quã ibi Card.Jmo.⁊ Abb.ſequũtur.lꝫ Soci.⁊ Are.in rub.de acq.poſ.videtur illã impugnare. ℭSed pro illa facit/qꝛ abſolutio fauorabilior eſt.l.fauorabiliores.ſ.e.l.cum arrianus.§.de act.⁊ obli.

a ℭCorrectoria.Vid latiſſi.Jaſo.in.l.q cõdẽnare.de re iudica.l prin.ij.col.ꝟ.vltraſcri bẽtes ⁊c.et in ꝓn.l.vbi põit plura exẽpala ad reg.noſtrã.

¶ Unde licet tollatur poteſtas cõdẽnãdi nõ videtur
eadẽ ratio ꝙ tollatur poteſtas abſoluendi. Et ad hoc
facit q: licet abſens non poſſit condemnari. l. abſen-
tem. ff. de penis. l. abſente. C. de accu. Si tamẽ de inno
centia cõſtet abſens abſolui poteſt: quia officium iu-
dicis magis exuberat in abſoluẽdo: vt no. Ant. de bu
trio. poſt Joan. and. in. c. veniens. de accuſa. ⁊ Bart.
Ueroñ. in cõſi. xlj. incip. licet inuitus. col. fi.
4 ¶ Et pari ratiõe videmus † ꝙ ille q̃ habet poteſtatẽ
abſoluendi ex priuilegio non habet poteſtatem cõdẽ
nandi: vt no. Jo. and. in. c. canonica. De ſen. excõ. Do
a mini. in. d. c. cum inferior. xxj. diſtin. Feli.[a] in. c. nõ po
teſt. in prin. de re iudi.
¶ Et ſecundũ ſuperius dicta regula hic declaratur:
quia dũ hic dicitur ꝙ qui nõ poteſt condemnare nõ
poteſt abſoluere ꝓcedit vbi ſit eadẽ rõ: put eſt qñ eſt
defectus iuriſditionis: quia tunc qua ratione nõ põt
condemnare ex defectu iuriſditionis pari ratione nõ
poteſt abſoluere: quia abſoluere ⁊ condemnare ſunt
in eadem ſpecie iuriſditionis: vt no. Bal. in. l. impe-
rium. col. iij. verſi. circa tertium punctũ. ff. de iuridi.
om. iudi. alle. tex. in. l. ſolẽt. Et ideo p̃ſcripta poteſtate
abſoluendi eſt preſcripta poteſtas cõdemnandi ſecũ
dum Jnno. in. c. dilecto. de offi. archi. ſequit̃ Bal. in. l.
imperiũ. col. iiij. ver. circa vltimũ. q: ſunt eiuſdem ſpe
ciei: vt dictũ eſt. ¶ Secus vbi poteſtas cõdẽnãdi tolli
tur in priuilegium ⁊ poteſtas abſoluẽdi datur in pri
uilegiũ: q: tũc nõ eſt eadẽ ratio ꝙ ſicut poteſt abſolue
re ꝙ poſſit cõdemnare: vel ſi non poteſt cõdemnare
non poteſt abſoluere: quia priuilegiũ noceret priuile
gio: vt dicit Bal. in. d. l. quoties. Et q: iducta in fauo-
rem reſultarẽt in odiũ: cõtra. l. quod fauore. C. de legi.
¶ Et ideo in caſu glo. in. d. cle. j. de hereti. cõſideran-
dum eſt ꝙ dum ibi dicit̃ in tex. ꝙ tollitur poteſtas cõ
demnãdi glo. dicit: ꝙ remanet poteſtas abſoluẽdi: q:
non mutatur ibi epũs habebat poteſtatem condem-
nandi. i. ſoluendi.

a ¶ Felin⁹. Quez vide vbi ponit tres fallentias ad regulam noſtram.

¶ Si ergo tollit̃ poteſtas ꝯdẽnãdi remanet poteſtas
abſoluẽdi: q: illa poteſtas cõdẽnãdi q̃ tollit̃ reſpicit
fauorẽ rei vt ꝯdẽnari nõ poſſit: vñ nõ extẽdit̃ vt abſol
ui nõ poſſit: q: nõ eſt eadẽ rõ. Et tali caſu. gl. bñ dicit.
¶ Si vero ibi ſublata eſſet poteſtas abſoluẽdi / an re
maneret poteſtas condemnandi? glo. ibi ſentit ꝙ ſic
attenta ratione ſua / q: mutatio fuit limitata.
¶ Et hoc nõ videt̃ verũ / q: ſi tollitur ptãs abſoluẽdi:
videtur tolli poteſtas cõdẽnandi: q: eadẽ rõ videtur

in vtroq; p ſupradicta. ¶ Et iſto caſu poteſt ſaluari opinio Pet. de ancha. qui tenet cōtra illam glo. in. d. clemen. j. et Areti. Et Soci. in rub. de acqui. poſ. Philippus Decius Piſis.

¶ Regula. l. Sicuti pena.

SIcuti pena ex delicto defuncti heres teneri non debet. ita nec lucrū facere ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

1 NOta q ſicut † heres non obligatur ad penā ex delicto defuncti. ita pariter ex delicto defuncti lucrari non debet: et ideo tenetur de eo quod ad eum peruenit vt hic et in. l. in heredem. ſupra de calum. et in. l. heredem. ff. de dolo. cum ſimi. allegatis in gloſ. hic. et ad idem text. in. l. quod diximus. §. fi. in. l. quod autem. ff. quod met. cauſa in. l. j. §. fi. ff. de vi et vi arma. in. l. vi pulſos C. vn̄ vi. l. iij. §. ex re furtiua. ff. de pec. in. l. ſi cū exceptione. §. pedius. cū ſimilibus. ibi in glo. alle. ff. qd. met. cau.

2 ¶ Similiter eſt in pupillo † qui ſicut non obligat abſq; autoritate tutoris ita pariter lucrari non debet vnde tenetur de eo qd ad eū peruenit. l. ij. §. ſi ſeru9. ff. de tributo. l. j. §. j. ff. de auto. tu. l. fi. C. de vſuca. pro emptore. et in. §. ſin autem. inſti. quibus alienare licet.

3 ¶ Idē eſt † in eccleſia que tenet in eo in quo fit locupletior vt no. p glo. et Bar. in aut. qui res. C. de ſacroſan. eccle. Bal. in. l. iubem9. §. ſane. in pn. de ſacroſan. eccle. in. l. ſi prediū. in prin. C. de predijs mino. Abb. in. c. ſi quis preſbyterorū. in fi. de rebus eccle. nō alie. Alex. i cōſ. iiij. viſo proceſſu. col. j. in fi. li. iiij. And. ſicu. in conſ. xl. col. x. lib. j.

4 ¶ Idē eſt in bonefidei poſſeſſore † qui nō tenet ad eſtimationē dāni ſed dūtaxat in eo quo fit locupletior. l. itē veniūt. §. eos autē. l. ſed et ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. here. et facit tex. in. l. idēq;. §. ſi mādauero. ff. mandati. vbi quis non debet lucrari ex actu p quo ad dānū noluit obligari. Et in notabili qōne tradit Bar. in. l. qr poterat. ff. ad treb. vbi in fine concludit q ſocius nō debet aliquid lucrari ex negotio p quo noluit ad periculū teneri cum ſimi. vt tradit Alex. in vlti. no. Et Ange. are. in. §. illud. in fi. inſti. pro ſocio. Adde tn̄ q quandoq; qs lucratur ex actu pro quo de dāno non tenetur. vt eſt tex. in. l. ſi negotia ff. de nego. geſt. et illud contingit propter culpam eius qui negotia inſolita aggreditur vt ibi habetur. Et ad ſupradicta faciunt q̄ dicta ſunt in. l. ſecundam naturam. ff. eo. titu.

¶ Regula. l. in omnibus cauſis.

IN omnibus cauſis pro facto accipit in quo quis alij perhorreſcit quominus fiat.

1 NOta q † pro facto habet illud qd factū nō fuit pter metū. ad idem tex. in. l. propter metu. nō appel. ¶ Et notat per gloſ. hic et adde tex. in. c. fi. de appel. Et ad declarationem iſtius regule

regule primo videndum eſt qualis metus requirat. ¶Secundo qualiter metus probetur. ¶Tertio an proteſtatio neceſſaria ſit ꝛ qualiter fieri debeat. ¶Quarto quando metus purgari videatur.
2 ¶†Circa primum metus debet eſſe iuſtus vt dicit l.c.fi.de appel. ꝛ nō intelligit iuſt⁹: ita ꝙ iuſte inferat quia pro tali metu iuſte illato q̄s conqueri nō pōt.l.ſi mulier.in prin.vbi Bar.§.ꝙ met.cauſa.nō.per glo.in l.qui aliena ⁋ fi.in ver.nō fieri.in fi.C.de acq.here.cū ſimili.vt tradit Alex.poſt Pau.de caſt.l.l.cū aliquis.
a C.de iure delibe.ꝛ dixi.in.d.c.fi.de appel.Sed iuſt⁹ metus intelligitur ꝙ ſit probabilis ꝛ non vanus: vt Abb.dicit poſt Jo.an.in.d.c.fi.quia vani timoris nulla eſt excuſatio vt in reg.vani timoris.ḷ.eo.ꝛ in.l.metum autē.§.qd metus cauſa.Et ideo requirit metus mortis vel cruciat⁹ corporis.l.continet.§.quod met.cauſa.l.interpoſitas.C.de tranſactio.
¶Et generaliter debet eſſe talis metus qui cadat in conſtantē virū.c.cū dilectus.ꝙ met⁹ cā.in.c.veniēs. ꝛ in.c.conſultationi.de ſponſa.Et licet tex.in.l.metū autē.dicat de hoīe cōſtantiſſimo illud ſuperlatiuū pro poſitiuo ponit vt no.Abb.in.c.cum dilectus.in ſcđo nota. ¶Et aduertēdū eſt ī iuribus p̄allegatis quaſi eſſet hō q̄ etiā ex leui metu terreret lʒ nō caderet in cōſtātē virū videt tñ ꝙ inſpecta qualitate pſone deberet excuſari.ar.l.plenū ⁋ eqtij.§.de vſu.ꝛ habi.Et ad
3 hoc facit glo.no.in.c.qd locū.de ſpōſa q̄ dicit ꝙ † mi-
b nor met⁹ conſideratur in muliere [b] q̄ in maſculo.Et ſic videtur ꝙ metus debeat conſiderari ſm conditionem pſone.Et no.hoc Inn.in.d.c.cū dilectus.col.pe. ver.aduerte tñ.ꝛ facit qd no.per glo.in.l.j.C.vnde vi. ¶Nō obſtāt iura.§.allegata.In qb⁹ cōſiderat met⁹ q̄ cadat in cōſtātē virū: qꝛ locū habēt q̄tū ad probationem ꝛ ad fundādū intētionē eius qui allegauit metū qꝛ ex leui metu q̄s excuſari nō videtur nec coact⁹ preſumitur .l.non eſt veriſimile in prin.§.ꝙ met.cauſa. Sed tñ q̄n conſtaret aliquē feciſſe, vel non feciſſe aliquid propter metū etiam leuē idem eſſet dicendum propter qualitatem perſone: qꝛ eadem ratio videtur: vt §.dictum eſt de muliere ꝛ dixi.in.d.c.fi.ꝙ met⁹ cauſa.
4 ¶Et ex p̄dictis infert ꝙ p̄ceptū† regis ſit iuſta cauſa
c timoris [c] vt no.p gl.i.c.ꝯuenior.i ṽbo morere.xxiij.q. viij. ¶Cōtrariū tenet gl.p illū tex.i.c.fi.in ṽbo metu regio q̄ cleri.vel mouētes.Et cōcluſio breuiter eſt ꝙ ſi p̄ceptū cōminatoriū ſit iniuſtū metū inducat ſaltē q̄n eſt ſolit⁹ ſeruire cōtra inobedientes: vt no.Abb.poſt

k

a ¶Juſtus Adde ꝙ iuſtus metus dicitur qui ex factis et nō ex ṽbis infert.Bal. in.l.metū p illum tex.ꝙ metus cauſa.ſed tu vide Barto.ꝛ Ang.i.l.ad inuidiā.C.ꝙ me.cauſa vbi dicūt ꝙ etiā ex ṽbꝫ infertur iuſtus met⁹ ꝛ per cañ.i.c.cauſam matrimonij.de offi.de leg. Hie.chu.
b ¶Mulie re.Add Ro. ī ſig.cccxvj. ici. tu ſcis. ꝛ Jaſ.l. iter poſitas. de tranſac.
c ¶Timoris Add qd iuſt⁹ metus dꝛ ex iniuria illata meo domeſtico. ita Car. in cle.j.de exceſ.prela. ꝛ met⁹ mortꝭ dꝛ iuſt⁹.l. ſi qs ⁋ pe. ad leg. aquil. met⁹ iuſt⁹ infert etiā

ex vultu ſuperioris. Alex. in. l. j. qđ me. cau. ⁊ no. qđ iuſt⁹ met⁹ excuſat ſiue ſequat ei⁹ effect⁹ ſiue nō. Alex. cōſi. xlv. in iiij. vol. vbi etiā dicit qđ met⁹ violētie eſt iuſtus met⁹. eſt etiā met⁹ iuſt⁹ vbi eſt iuſta ſuſpicio. bal. in. l. fi. in. j. col. de iur. delibe. Itē ēt qñ ꝑpter ſe male tractanṫ conſanguinei. Feli. c. eccleſia ſancte marie. de cōſti. ver. xiiij. q̄ro. ⁊c.

Hiero. chu.

a Officia li. vıđ Bal. in iſta margarita. l ꝟ. ap. l ꝟ. xlvj.

b Et p̄ſumptionib⁹. addđ bal. l. l. interpoſitas. C. de tranſac. Angel. l. l. j. §. q̄ onerāde. ff. q̄. re. ac. non. probatur etiā ꝑ bādo poteſtiam ⁊ malam conſuetudinē aliſcui⁹. Bar. in. l. j §. qđ vi aut clam Abb. c. fi. đ ap. inet⁹ ꝑbatur per duos teſtes ita Bal. in l. noſtrā. C. de teſti. et vide Jaſo. l. l. interpoſitas. C. de trāſac. vbi pōit requiſita ad probationē metus. Hieronymus Chuchalon.

Jo. an. in. d. c. fi. q̄ cleri. vel vouentes cum ſimi. vt tradit Alex. in ꝯſi. xvj. ponderatis narratis in themate. col. penul. lib. iij. ⁊ Pe. de ancha. in cōſi. cccc. alias. ccc. viſa ſupradicta facti narratione. vbi loquiṫ de preceꝑto dñi Ottonis qui erat dñs Parme. Et Ang. in ꝯſi. ccxv. thema tale propoſitum eſt. col. fi. ⁊ Domi. in ꝯſi. xv. ſuper primo dubio in ſecūdo dubio.

5 Sic etiā † in officiali [a] preceptum cōminatoriū iuſtū metū inducit ſaltē qñ cōſueuit facere illud qđ dicit: vt no. Bar. l. metum. C. quod me. cau. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pretori. col. ij. ꝟ. quinto quero. §. de oper. noui nūtia. in. l. iij. §. ex qui. cau. malo. Abb. poſt alios in. d. c. fi. de appel. Eodē modo preceptum pena le ciuitatis iuſtū metū facit: vt not. Bar. in. l. creditor. in fi. §. de ſolu. Bald. in. l. falſus. in fi. C. de furtis. in. l. omnem. in fi. C. ad tertul. Abb. in conſi. lx. qm̄ ſatis. col. ij. lib. j. And. ſicu. in cōſi. xliij. colū. iij. lib. j.

6 Et ad ſupradicta notandū eſt † ꝙ timor excōmunicationis iuſtum metū facit: vt no. per gl. in. c. cū olim. el. iij. in glo. fi. de reſti. ſpolia. ⁊ late tradit Andr. ſicu. in conſi. xxx. bene enim cuncta gerūtur. lib. iij.

7 † Uenio ad ſecūdū qualiter met⁹ probeṫ. Et ex ſupradictis aliqualiter colligiṫ. Et generaliter cōcludēdū eſt qđ ꝓbaṫ ex indiciis ⁊ preſumptionibus [b]. Et ideo totū hoc arbitrio iudicis relinquiṫ: vt no. Bal. in l. ſi quis nec genus. C. de epiſ. ⁊ cle. ver. adde tñ vnū ⁊ idē: Bal. l. cōſi. xxvj. punctus. lib. iij. Pet. de ancha. in cōſi. ccxc. §. allega. bar. in. l. de pupillo. §. ſi q̄s ipſi p̄tori. in. viij. q. §. de ope. noui. nun. Alex. in ꝯſi. xlviij. qm̄ per excellētiſſimū. li. iiij. Et ꝙ ſit verū ꝙ ſi arbitrio iudicis ꝓbatur. in. l. iij. §. ex qui. cau. ma. ibi: hui⁹ rei inquiſitio iudicis eſt no. per glo. Inno. ⁊ doc. ſ. c. cū dilectus. in verbo mortis quos met⁹ cā. ⁊ Bal. poſt glo. in l. interpoſitas. in ver. ciuitatum. C. de tranſac. ⁊ idem Bald. [c] in. l. ij. C. de his qui propter metum iud. non appel. ⁊ in conſi. ccclxiiij. quia queſtio. lib. iij.

8 Et in iſta probatione metus notandū eſt † ꝙ plus

b Bald. Et idem Bald. in. c. item ſacramenta. de pace. iu. fir.

8 creditur duobus teſtib⁹ deponētibus de metu. ⁊ vio-
lētia ꝙ̄ centum deponentibus de libera voluntate: vt
no. dicit Innoc. in. c. ſuper hoc. colū. j. de renun. ſeqtur
Bal. in conſilio ſchiſmatis. colum. vij. in. l. obſeruare.
§. proficiſci. in. xiij. q. ff. de offi. procon. et lega. Ange.
in. l. j. in. fi. ff. quod metus cauſa. in. l. ſi quis a ſe fundū
C. vnde vi. ⁊ Abb. in. c. j. quod metus cauſa. vbi ratio-
nem adducit: quia deponentes de metu atteſtantur
de minis vel tormentis ⁊ ſimilibus que ſenſu corpo-
ris percipiuntur. Sed alij deponunt ſimpliciter de vo
luntate ſecreta. Et fuit iſta ratio Innocen. in. d. c. ſup
hoc. ⁊ idem tradit Alexander in conſilio. clvj. viſo pro
ceſſu. in princi. libro. v. ⁊ Andr. ſicu. in conſi. lv. colum.
j. libro. j. ⁊ in conſilio. lxj. colum. v. eodem lib. j. ⁊. in cō
ſi. lxx. colum. vj. lib. ij. ⁊ iſta concluſio procedit niſi alia
preſumptio ſit in contrarium: vt not. Ange. in. l. fi. ff.
quod metus cauſa. Et hoc poteſt exemplificari quan-
do act⁹ eſſet factus in preſentia iudicis: quo caſu me-
tus non preſumitur: vt not. Bart. ⁊ doc. in. l. trāſactio
nes. C. de tranſac. Idem Bart. in. l. j. de prediis curia.
lib. x. Et ex hac ratione inferendū vr̄ quod data pari-
tate terminorum non ſit differentia: qꝛ pariter vr̄ cre-
dendum teſtibus deponentibus de libera voluntate
ſicut de metu: cum in vtroqꝫ caſu agatur de proban-
do voluntatem alterius que nobis occulta eſt. De il-
la preciſe non poſſunt teſtes deponere. Sed in probā
do metū arguitur ex mediis: extrinſecis. puta ex cru-
ciatu vel minis que bene cadunt in ſenſum teſtium.
Et idem videtur dicendum in probando media ex q
bus libera voluntas arguitur. puta quod factum ſit
in preſentia iudicis. Nā pari modo teſtes de hoc de-
ponere poſſunt. ideo ceteris paribus non videtur dif
ferētia. ⁊ hoc tenet dominus Signorolus de medio-
lano in conſilio. lxxiiij. in queſtione vertente. in fin. ⁊
9 in ſimili facit: † quia plus creditur duobus teſtibus
affirmantibus ꝙ̄ pluribus negantibus: vt per gloſſ.
in. l. dicum proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. Nam hoc in
telligitur quando deponunt ſuper negatiuam ſim-
pliciter que improbabilis eſt. c. quoniam contra. de
proba. c. bone. de elect. Secus ſi negatiua coartata ſit
loco ⁊ tempore: qꝛ tunc ita negantibus ſicut affirman
tibus: vt declarat Bar. in. l. actor. col. ãpe. ver. itē ex
delictis. C. de proba. ¶ Vltimo notandum eſt quod
metus in vno caſu per ſolum iuramētum ꝓbari pōt:
vt habetur in. c. ſtatutū. §. cum vero. de reſcript. in. vj.
10 ¶ Tertio querit̄ an requirat̄ ꝓteſtatio. glo. hic cōclu

a ¶ Teſtibus. Adde Iaſ. in. l. interpoſitas. de trāſac. l ver. item no ta. vbi limitat hanc doctrinā ꝑut hic do. phi. Decius.

dit ꝙ ſic. idē gl. in. c. fi. de appel. l. ij. C. de his q̄ ꝓpter met. indic. non app. ⁊ ꝑ illū tex. in. d. c. fi. vt em̄ appareat ſtetiſſe ꝑ iudicē ⁊ nō ꝑ partem ꝓteſtatio vtilis eſt ⁊ neceſſaria: vt Bal. dicit in. l. properādū. §. ſi autē. ⁊. q̄rit hic glo. C. de iud. ⁊ no. gl. in. c. cupiētes. §. qḋ ſi per viginti. in ⁊ propoſite. de elec. in. vj. quā no. ibi Domi. dicēs ꝙ impedit⁹ facere actuz in termino ſtatuto nō excuſat. niſi ꝓteſtet. Et ꝑ hoc dicit ibi Jo. de Jmo. prout Domi. refert ſe obtinuiſſe in q̄dā cauſa appellatiōis: in qua non poterat haberi copia iudicis ꝑs q̄ ꝑmiſit labi tēpus abſq; ꝓteſtatiōe ꝓ illa negligētia in nō ꝓteſtādo ſuccubuit. ⁊ ſequit Alex. in. d. §. ſin autē vtraq;. ⁊ in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi p̄tori. colum. iij. ff. de ope. noui nū. ⁊ in ꝯſi. clxiij. al's. clxiiij. viſo ꝓceſſu cauſarum. colum. fi. lib. ij.

¶ Sz tñ vt dixi in. d. c. fi. de ap. aduertēdū eſt: q: generaliter vř ꝙ tali caſu ꝓteſtatio nō ſit p̄ciſe neceſſaria: q: ſicut in alijs caſib⁹ ſufficit ꝓbare metū ſimplr̄ ita in caſu iſto vř ꝙ excuſat⁹ ſit iſte q̄ nō appellauit dūmodo met⁹ ꝓbet. Bñ verū eſt ꝙ ꝓbatio met⁹ ex tali ꝓteſtatiōe coadiuuat: vt dicit Jo. an. in. d. c. fi. de ap. ꝑ. c. j. qḋ met. cau. Nā nō p̄ſumit ſtare ꝑ iudicē niſi ꝓbet. vt no. Bar. i. l. dāni. infecti. §. ſabini. in fi. ff. de dāno iſec. Et ꝙ ꝓteſtatio nō ſit neceſſaria expſſe ſentit Bar. i. l. ij. §. qḋ dixim⁹. ff. ſi qs cau. dū inq̄t hoc eſſe de ꝯſuetudine. ⁊ ibi expſſe hoc dicit Alex. ⁊ idē Pau. de ca. i ꝯſi. xxj. i cā deſertiōis. co: añpe. ⁊. nec obſtare vř. Et idē Are. in ꝯſ. clxiij. verū eſt ꝙ comic⁹. col. iij. Abb. poſt Jnn. in. c. ex trāſmiſſa. de p̄ſcrip. ⁊ in. c. j. qḋ met. cau. in gl. ⁊ idē Alex. in. l. q̄ aliena. §. fi. col. iij. de acq̄. here. ⁊ eſt glo. j. qḋ met⁹ cā. ⁊ in c. notari⁹. xxxj. q. ij. ⁊ iſta allegaui. in. d. c. fi. qḋ met⁹ cā. q̄ poſtea: Jaſ. peculiari more ſuo vſurpauit. in. d. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi p̄tori. vbi ipſe in vltima ei⁹ etate ſcripſit ⁊ pri⁹ ſtabāt ſcripta mea de appella. Nō obſtāt iura que vidētur ꝓteſtationē req̄rere. d. l. ij. C. de his q̄ ꝓpter metū. ⁊. in. d. c. fi. de ap. ⁊ in ſimili in. l. ij. ff. de nau. feno. in. l. fi. ꝺ lege ꝯmiſſo. q: in illis caſib⁹ videt ꝙ ſola ꝓteſtatiōe met⁹ ꝓbet: q: illa iura nihil aliud vidētur req̄rere ⁊ ſi nō eſſet facta ꝓteſtatio nō negāt illa iura quin ꝓbato metu abſq; ꝓteſtatiōe quis excuſetur.

11 ¶ Et notādū eſt † ꝙ talis proteſtatio ſi clādeſtine facta ſit ꝓdēſt: vt eſt tex. in. c. j. qḋ met. cauſa. Et hoc ꝓcedit reſpectu eius q̄ infert metū corā quo quis nō audet proteſtari: vt no. Abb. ibi in glo. in. d. c. j. ⁊ in. c. cū. M. col. v. de cōſti. Bar. in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi p̄tori. l. rſ. q. de noui oper. nūtia. Bal. in. l. ſi repetēdi. in fi. C. ꝺ ꝯdi. ob cau. Secus eſt in p̄iudiciū tertij. q: ꝓteſtatio clādeſtina ⁊ illi tertio nō p̄iudicat: vt no. Bar. in. l. q̄ aliena. §. celſus. in fi. ff. de acq̄. here. ⁊ Bal. in. l. clari. in fi. C. de fideicō. ⁊ in notabili q̄ſtione tradit Alex. in cōſ. xvj. ponderatis narratis. col. pe. lib. iij. vbi cōcludit ꝙ proteſtatio clādeſtina facta a patrono de nō p̄ſentando aliū: ⁊ qḋ ſibi p̄ſentaret ꝙ faceret ꝑ metū talis proteſtatio nō nocet neq; p̄iudicat illi qui poſtea p̄ſentatus fuit vt latius ipſe ibi proſequitur.

c ¶ Teneri.Uide Alex.i.l.ſed ⁊ ſi quis §.itē queritur.ff.ſi quis cautio.vbi melius q̄ alibi reperies declaratum.

6 ¶ Notandū tñ est ꝙ talis clauſula ex certa ſcientia nō excludit quominus ꝯriū ꝓbari poſſit:vt no.Bal. in.l.Sed ⁊ ſi qs.§.fi.ff.ſi qs cau.cū ſi.vt tradit Alex.in d.l.ſi dari.Et qñ talis clauſula ex certa ſcia apponit a principe factū ab eo in dubiū reuocari nō pōt:vt not. Bar.i.l.ꝯficiunt.§.codicilli.ff.de iur.codic.⁊ idē Bar. in cōſi.cxcvj.ciuitati camerini.Old.in ꝯſi.cclvij.factū tale eſt.co.iiij.Et i notabili caſu i donatiōe tra.Pau. de ca.in cōſi.cv.donatio pdicta.vbi in.ij.col.ꝯcludit:ꝙ ꝑ talē clauſulā ex certa ſciētia apparet ꝙ pnceps voluit pindicare illi cui erat ius qſitū.allegat gl.i.c.ad hec.de reſcrip.⁊ idē Io.de ana.i cōſi.lxxxj.viſo inſtrō col.fi.Alex.in cōſi.ccxv:nec arguēdi ſum⁹.col.vj.ꝟ.vj. cōfirmat.lib.ij.⁊ in cōſi.j.pōderatis his.col.xv.lib.v. ⁊ dicit Bal.in.c.j.§.ſi qs aūt.in prin.ꝑ illū tex.de pace cōſtā.q' nō debet qs audiri ꝯtra illud qđ princeps facit ex certa ſcientia ſed debet repelli:⁊ illi ꝑpetuū ſilentiū imponi:qꝛ qđ princeps facit ex certa ſciētia videt facere de plenitudine[a] poteſtatis:vt not.Bal.in l.eos.in prin.C.de app.Abb.in.c.ad hec.ꝑ glo.ibi.de reſcrip.in.c.cū inter.col.j.de except.i.c.cū olim.col.vj. de re iud.Et in notabili caſu Ro.tradit in ꝯſi.ccclxix. circa primū.in qnto dubio.circa fi.⁊ dixi in ꝯſi.cxcj.

7 ¶ Notādū tñ eſt ꝙ talis clauſula nō operat in his de qb⁹ princeps pſumit habere ignorantiā[b]:vt not. Bal.in.l.fi.col.pe.C.de ſen.reſcin.nō poſ.ſequit Alex. in ꝯſi.liij.viſo pceſſu.col.pe.li.v.⁊ Abb.i.c.paſtoralis §.pterea.de offi.deleg.in glo.in verbo certa ſciētia.⁊ Pau.de caſt.in cōſi.clix.qſtio iſta vertit.in fi.vbi inquit ꝙ clauſula ex certa ſciētia nihil operat in his q apparēt ignorata.⁊ Fran.de curte in conſi.lxv.ſuper pmiſſa narratione.col.viij.Et hoc verū videt qñ ꝯſtat vel ꝓbat de ignorātia:al's preſumit ſciētia ꝓpter il

a ¶ Plenitudine.Adde eundē in.c.j.col.v.de ꝯfirma.vti.⁊c.⁊ in.c. porrecta.eo.ti.pe.col.vbi ponit qnqꝫ modos ꝑ quos cognoſcit clauſula ex certa ſciētia.cui adde Iaſ.in.l.ſi qs iniquū.ij.col.ff.ꝙ quiſqꝫ iuris.⁊ adde diſt.Areti.in.c.ad hec.ij.col.in fi.de reſcrip.⁊ Barba.in cōſi.lv.col.iiij.vol.iiij.⁊ in conſi.xxxiiij.volu.ij.col.vj.in medio ſed an poſſit ꝓbari ꝑ teſtes gl.io.an. qs refert Phil. in.c.ſtatutū de reſcript. li.vj.col.iij. tenent qđ ⁊ iſta eſt cōis opi.quā ſequunt ang. Alex.⁊ Iaſ. l.ſi quis iniquū.ff.ꝙ ql ꝙ iur. Ab. clemē.ij. de reſcrip.⁊ in c.inter.j.colū.de exce. Bal.in preludijs feud. xiij. col.cōtrarium tamen tenent Do.de rota deciſio. cccxxxj.incip. licet Rom. in tit.de ꝓba.f.iiij.do mi.in.d.ca. ſtatutū.col. viij.⁊ vide finaliter Barba.i cle.⁊ ſi principalis.de reſcrip.col.xij:ꝟ.vtrū aūt ſciētia ⁊c.vbi dicit i.xiiij.co. ꝙ deciſio Rote eſt i obſeruātia:finalr tñ facit quādā di.tacēdo autorē quā videas ꝑ Do.Arc.i.c.ad hec.de reſcri.pe.co.ꝟ.tu ꝟo.⁊c.Hie.chu.

b ¶ Ignorantiam.Adde eundem in.c.j.de confirma.vtili vel inutili.quinta colum.verſic.diuide. idem Barba.conſilio.xl:xvij.colum. iiij.volu.⁊ conſilio.lv.co.volu.iiij.col.

8 la verba ex certa ſciētia[a] ꝑ ſupradicta. ⁊ ita cōcludit Alex. in cōſi. xv. viſis narratis. col. ij. li. v. ⁊ ideo qđ di cit Bal. in. d. l. fi. intelligiť qñ cōſtat de ignorantia: nō autē ſufficit ꝙ p̄ſumatur vt ipſe dicit: q: illa p̄ſumptio remouetur ꝓpter illa verba ex certa ſcientia. Sȝ quādo cōſtat vel probetur de ignorātia verba ex certa ſcientia nō attenduntur: q: in claris non eſt opus coniecturis. §. cum ita. de verbo. obliga.

Philippus Decius.

¶ Regula. l. Actus legitimi.

Act[us] legitimi q̄ nō recipiūt diē vel ↄditionē veluti: emācipatio: acceptilatio: hereditatis aditio: ſeu optio: datio tutoris in totū vitiantur ꝑ temporis vel conditionis adiectionē. Nōnūꝗ tñ actus ſupraſcripti tacite accipiūt: que aperte cōp̄ehenſa vitiū afferunt: nam ſi acceptū feratur ei qui ſub conditione p̄mittit: ita demum egiſſe aliquid acceptilādo intelligiť ſi obligationis cōditio extiterit: que ſi ꝟbis notatim acceptilationis comp̄ehendatur nullius momenti faciet actum.

1 Actus †Termin[us] eſt generalis. l. labeo. in p̄n. ff. de verb. ſigni. facit tex. in. l. eū actum. ff. de neg. geſt. in. l. cum ſeruus. in fi. de condi. ⁊ demon. Et quādoꝗ accipitur p̄o ſpecie ſeruitutis vt ꝓbatur i. l. j. §. j. ff. de ſerui. ruſti. p̄ed. Et hic generaliter accipitur vt colligitur ex his que
2 in tex. notantur. †Et actus legitimi dicuntur omnes inuenti vel probati ea lege ⁊ quacūꝗ parte iuris ſcripti: vt in §. conſtat. inſti. de iure natu. ⁊ ita dicit Dyn. in reg. actus. eo. tit. in. vj. facit tex. in. l. legitima. ff. de pac. in. l. gracchus. C. de adult. Et vidētur actus omnes legitimi qui nō p̄ohibētur a lege. facit text. in. l. necnon. §. quod eis. ff. ex qui. cau. ma.
¶ Et iſta regula reſtringiť in caſib[us] hic exp̄eſſis: ita
3 ꝙ regula in cōtrariū: q: † regulariter qđ fieri pōt pure pariter ⁊ ſub cōditione fieri pōt. §. emptio. inſti. de empti. ⁊ vendi. l. ij. ff. de in diē adiec. §. omnis ſtipulatio. inſti. de verb. obl. cū ſimi. vt ꝓſequitur Dy. in. d. regula actus. Et iſtā declarationem Dy. tradit glo. i. d. §. omnis. in verbo in diem. ⁊ late ſequitur Cuma. i cō ſi. lxxxviij. ſuppoſito teno:e. col. j. vbi ꝓpter hoc iſert
4 †ꝙ legitimatio fieri pōt ſub cōditiōe: q: nō eſt de hic numeratis. ⁊ idē Cardi. in cōſil. ciij. caſus ſuper q̄ col.

a ¶ Sciētia quo effect[us] hȝ. vide Abba. ⁊ Are. i c. ad hec. de reſcri. c. paſtoralȝ. §. p̄terea. d' off. deleg. Are. i. c. ſicut romana. de reſcrip. ij. co. Feli. i. c. nō nulli. eo. ti. viij. co. ⁊ tracta. clauſularū. fol. iij. col. xij. ver. clauſula ex certa ſcientia ⁊c.

pe.ver.ad ſecundum.vbi propter hoc cõcludit q̄ acce
ptilatio fieri potuit ſub cõditione q2 nõ eſt de hic nu-
meratis.ꝛ idem ſequitur Alex.in.l.a diuo pio.§.in vẽ
ditione.col.vj.in fi.de re iudi.Et pro iſta declaratiõe
facit relatiuum qui de cuius natura eſt reſtringere.l.
omnes populi.ff.de iuſt.ꝛ iu.Et ſ3 reſolutionẽ ſupra
dictã ſpecialiter in caſib9 hic expſſis.qđ iure fieri põt
nõ põt fieri ſub cõditione.facit text.in.c.ij.de elec.in
vj.a †Et ecõtra qñq3 qđ pure fieri nõ poteſt permittit
5 ſub cõditione.l.in fuga.C.ad.l.iul.de plagia.ꝛ.gl.fi.
ibi:ad idem tex.in.l.ſi ſocius.ff.de here.inſti.l.ſi rem
meam.de verbo.obli.in.l.in tempus.ff.de here.inſti.
Et qñq3 etiam q̄ non licet pure non licet ſub conditio
ne.l.ſeius ꝛ augerius.ff.ad.l.fal.
6 ¶Et q̄ntum ad propoſitum noſtrum hic †.q̄ actus
hic expreſſi non recipiunt diem neq3 conditionem hoc
intelligitur in conditionibus que in facto conſiſtũt:
ſecus ſi in iure:quia valet aditio hereditatis ſi quis
dicat ad hereditatem ſi poſſum de iure.vt no.Bal.in
l.potuit.in.viij.q.C.de iure delibe.
¶Secundo hoc limitatur qñ cõditio reſpicit ſubſtã-
7 tiã act9:ſecus vero ſi reſpicit executionẽ:q2 †talis cõ
ditio etiã expreſſam nõ vitiaret.l.muto.§.ſub condi-
tiõe.ff.de tutel.put illũ tex.declarat Bar.in.l.j.col.j.
ver.ij.de condi.ꝛ demon.facit qđ no.Bar.de cõditiõe
que reſpicit executionẽ in.l.item quia.ff.de pac.in.l.
ita demũ.ff.de arbi.cum ſi.vt dixi in.c.ij.de reſcript.
8 ¶Tertio hoc limitatur †nõ habere locũ in cõditione
tacita que ex natura actus intelligit: vt tex.hic dicit
de acceptilatiõe facta de debito cõditionali:q2 tacite
intelligit ſi conditio obligationis purificata ſit.ꝛ hoc
eſt qđ Bal.dicit in.l.ſi q̄s a certo.in ver.opponitur q̄
acceptilatio.ff.de condi.ob cauſam.dũ inquit q̄ act9
de quibus hic dicitur nõ recipiunt cõditiones extrin-
ſecas:ſecus eſt in intrinſecis ꝛ legalibus.ꝛ idẽ Bal.i
l.iij.de leg.j.vbi eodẽ modo diſtinguit inter cõditionẽ
extrinſecã.ꝛ intriſecã.ꝛ idẽ Bal.i.l.cũ iudex.C.de ſen-
9 ten.poſt glo.ibi† vbi loquitur in ſententia que nõ po
teſt fieri ſub cõditione extriſeca.l.ij.§.biduum quãdo
appel.ſit.Sec9 eſt i intriſeca q̄ reſpicit ipm negotiũ.ꝛ
idem no.Bar.in l.a diuo pio.§.in venditione.in prīc.
de re iud.cum ſimi.vt tradit ibi Alex.co.v.in vſi.quar
ta ſolutio.ꝛ idem Roma.in conſi.cccccj.vt declaratio
ne.colum.ij.
¶Et eſt aduertẽdũ ad illud quod hic dicit q̄ iſta ta-
cita conditio vitiaret ſi expreſſa ſit:quia cũ exprimat
illud

a ¶In vj. Ubi videas doc.qui dicũt q̄ matrimoniũ carnale põt de ne. ꝯhi ſub cõditiõe:vt i c.ſup eo.de cõdi.appo. an aũt poſſit ꝯhi ad tẽp9 nõ niſi p diſpenſationẽ pape: vt ibi p eos.ꝛ Jmo.in cle.j.ð ꝯſãgui.et affi.ꝛ vide Alex.in ꝯſi.lxxv.in j.vol.ꝛ Jaſ.i.l.Julian9 ij.col.de lega.j.ꝛ Jmo.i.l.gerit.ff.co.de acq̄r.here.ꝛ doc.in.d.regula actus.

10 Illud qđ tacite intelligebat exp̄ſſio nō deberet vitiare:† qꝛ expreſſio
eius qđ tacite ineſt nihil operatur.l.iij.de leg.j. Bal.ibi opponit de
iſto tex.ꝛ rñdet qđ hic expreſſio continet vitiū forme:ideo ꝑ expreſſio
nē act⁹ vitiat quaſi velit ꝙ in actib⁹ hic expreſſis ſit datū ꝓ forma qđ
conditio nō exprimat.ꝛ idē dicūt Imol.ibi ꝛ moder.ꝛ idē no.Bar.in
l.in diē.in fi.ff.de acceptila.vbi dicit ꝙ eſt peccatū in forma qñ i acce
ptilatione apponit dies vel conditio:ꝛ i iſto caſu ex quo expreſſio vi
tiat nō eſt pars virtus taciti ꝛ expreſſi:vt no.Alex.in cōſi.lix. attētis
verbis.col.penul.lib.iij.

11 ¶ Ultimo querit †an quod dicitur hic de cōditione in iſtis actibus
intelligat etiā de cōditiōe de preſenti vel de preterito.Jo.fabri.in.§.
conditiones.inſti.de verb.obli.videt tenere ꝙ in talib⁹ cōditionib⁹
nō habeat locū iſte tex.ꝛ ad hoc facit:qꝛ cū iſti caſus ſint ſpeciales ꝛ
cōtra regulā:vt.ſ.declaratū fuit ſtricte intelligi debēt.Et iō in ꝯdi
tione ꝓpria intelligūtur q̄ eſt de futuro ꝛ ſuſpendit:ſecus videtur in
cōditione de preterito vel preſenti q̄ nō dicitur ꝓprie cōditio. vt no.
ꝑ gloſ.l.ſi ſic.§.j.in verbo demōſtrationū.de leg.j.facit tex.in.l.itaq̨.
§.ſi cer.peta.in.l.cum in ſecundo.ff.de iniuſto.rup.ꝛ in.l.ſi ita ſtipu
latus fuero hanc ſummam.de verbo.obli.

12 ¶ Et ideo †valet collatio bñficij facta ſub cōditione ſi vacat vt no. ꝑ
gl.in.c.ij.de elec.in.vj.ꝛ ꝑ Bal.l.ḣpe.circa fi.C.de ſent.que ſine certa
ꝗtitate.ꝛ facit qđ no.Bar.in.l.cū ꝓpter.de leg.p̄ſtā.cū ſimi.vt tradit
Alex.in.l.iudex.poſtq̄.in fi.de re iu.ꝛ pleni⁹ Roma.in cōſi. ccccci. ſ.
alleg.ꝛ latiſſime Feli.in.c.cū contingat.de offi.deleg. ¶ Sed tamen
13 his ꝛ ſimilibus nō obſtantib⁹ contrariū de iure arbitrio/†ꝙ etiā cō
ditio de preſenti vel preterito in caſibus hic expreſſis apponi nō poſ
ſit.ꝛ moueoꝛ per iſtum tex.vbi etiā cōditio q̄ intrinſeca ſit de natura
actus exprimi nō pōt.vt patet hic in acceptilatione in qua tacita cō
ditio intelligitur que tamen exprimi nō pōt.quia eſt datū pro forma
ꝙ iſti actus fieri debent pure ꝛ abſq̨ conditione:ꝛ ideo hic expreſſo
eius qđ tacite intelligitur vitiat.Secus eſt in alijs caſibus hic nō ex
preſſis. vt.ſ.dictum fuit.ꝛ ad hoc facit text.in.l.eū qui.§.fi.ff.de acq.
heredi.ꝛ glo.ibi q̄ relata ad tex.extendit regulā vt habeat locū in cō
ditione de preſenti.Nō obſtant alleg.ſ.in contrarium ꝛ primo dū di
14 citur ꝙ † conditio de preſenti vel de preterito nō eſt proprie cōditio
quia verum eſt quantum ad effectū ſuſpenſionis: tamē in ſui apparē
tia eſt cōditio que primo aſpectu nō habet certitudinē:qꝛ op⁹ eſt in
quirere ꝛ inueſtigare de veritate conditionis.ꝛ iſta rōne glo.ꝛ doct.
cōmuniter in.d.c.ij.de elect.in.vj.tenent nō valere electionē factā ēt
ſub ꝯditiōe de preſenti ſi vacat:qꝛ data eſt forma ꝙ iſti actus debeāt
pure ꝛ ſimpliciter fieri.Nō obſt.ꝙ valet ſententia ſub cōditiōe intrin
ſeca etiā ſi expreſſa ſit qꝛ nō eſt ſentētia de actib⁹. hic enumeratis ꝛ li
cet ꝑ alia iura ꝓhibeat ſnīa ferri ſub cōditione:illa ꝓhibitio non eſt
ita ſtricta:qꝛ lꝫ ꝓhibeatur ſnīa ferri ſub cōditione lata tamen valet.
l.ij.§.biduum.ff.quando appel.ſit.

Philippus Decius.

a ℭ Bar. adde Abb. in regula ſequēti. Abb. i. c. ex tenore. de reſcri. ⁊ ibi. mod. ⁊ quot modis cōmittat̃: vide doc. in. c. q̄sto. de priui. Philip. franc. in regu. certū. de re. iu. lib. vj. Abb. cōſi. lxx. ij. col. incūbit on⁹ p̱bandi. allegāti. l. quoties. ⁊ ibi. §. qui dolū. ⁊ ibi doc. ff. de p̱ba. qualiter probet̃ vide Philip. fran. in. c. ſi te. de renūciatiōe. lib. vj. ⁊ Jaſ. in l. titia. §. idē rñdit. lo primo. j. col. de v̄bo. ob. ⁊ p̱ Jaſ. i. §. itez ſi qs. iſti. de actio. iij. co. ⁊ qñ nō probat̃ qñ p̄ſumat̃. in col. viij. i prin. ⁊ ad d̄o q̄ vbicū q̄ fraus allegat̃ pōt adiri iudex eccleſiaſticus qñ agit̃ d̄ cā pauperū vl' miſerabiliū perſonarū. ita anc. i regula ea que. xix. colū. in medio. d̄ re. iu. lib. vj. et aperit ēt viā petēde. reſt. pōt q̄drienniuz ita an cha. in. c. eccleſia. de reſti. in ite. eo. lib. in. j. col. ⁊ in fin. Hiero. chu.

b ℭ Poſſeſſore. vid̄ doc. io. l. §. ſi qs a nō domino. inſti. de rerum diui. ⁊ in. l. ſi fundum. C. de rei vendi. Joan. Imo. in. l. apud iulia. hic all'. ⁊ ibi Jaſo.

ℭ Regula. i. generaliter cum de fraude.

Eneraliter cū de fraude diſputat̃: non q̄d habeat actor: ſed quid p̱ aduerſarium habere non potuit: conſiderandum eſt.

Bi de fraude diſputatur:
1 Nam† fraus
p̱prie dicitur qñ p̱miſſum ſimulatum ⁊ re
uera prohibitum agit̃ vt not. Bal. in tit. ſi
de feu. fue. cōtrouer. inter domi. ⁊ agna. in
§. beneficiū. in prin. vbi ad hoc alleg. Joā. mona. in. c.
auaritie. de elec. in. vj. facit tex. i. l. fraus. ff. de leg. in. l.
in fraudem. ff. de his q̄ in frau. cre. Et fraudem dicit̃
committere ille qui ad exceptionem alterius et ad
ſui commodum aut verū tacet aut falſum exprimit:
ita Abbas dicit in conſilio. lxviij. videtur primo dictū
magiſtrum. col. j. Allegat no. in. l. iuriſgentium. §. do-
lo malo. ⁊. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.
ℭ Et fraus p̱prie dicitur cōtra fidē ſecūdū Bal. i. l. q̄
fortuitis. col. ij. in v̄ſi. premitte ad euidētiā. C. de pig.
2 act. Et differt † dolus a fraude tanq̄ gen⁹ a ſpecie. vt
no. p̱ glo. ⁊ Bar. a. ⁊ doc. in. d. l. iuriſgētiū. §. ſed ſi frau
dādi. vbi Alex. tradit. Corne. in ꝯſi. clxxxj. viſa copia.
col. iij. li. iij. de q̄ dixi in. c. ex tenore. in. iiij. no. de reſcri.
Cū ergo de fraude diſputat̃ conſiderandū eſt non qđ
habeat actor ſ; quid p̱ aduerſariū habere nō potuit 4
vt in regula hic dicitur. ℭ Et ſenſus eſt q̄ nō d; con
ſiderari quid actor fraudatus habeat q; nihil h; qđ
ipſe poſſideret ſed illud qđ p̱ aduerſariū habere non
potuit: hoc eſt illud qđ percipere potuiſſet actor ſi rez
habuiſſet. Et ſic in effectu illi qui ratiōe fraudis ꝯuē
nitur ⁊ de fructib⁹ quos actor p̱cipere potuiſſet tene-
tur. l. ait pretor. §. hāc actionē. ff. de his que i frau. cre
3 di. ⁊ idē eſt ſ̄m glo. hic † in malefidei poſſeſſore b qui
nō ſolū de fructib⁹ p̱ceptis: ſ; ēt de his q̄ p̱cipi potue
rūt tenet̃. l. ſi nauis. §. fi. ff. de rei vendi. cum ſi. alle. in

glo.ad idē tex.in.l.domū.C.de rei vend.in.l.f.C.de peti.heredi.⁊ fa=
cit tex.l.l.apud iulia.§.j.de leg.j.ibi:quos legatarius ꝑcipere potuit.
¶ Et aduertēdū eſt q: hic videt̃ ꝙ teneatur de percipiēdis ab actore
ibi:habeat actor ⁊ in.d.l.ſi nauis.§.fi.ibi:an petitor.⁊ i.d.l.apud iul.
§.j.ibi:q̃s legatari⁹ ꝑcipere potuit.⁊ in.l.ſ; ⁊ part⁹.ff.quod met.cau.
ibi:nō ſolū q̄ percepti ſunt:verū ſi plus ego percipere potui. ¶ Sed
cōtrariū videt̃ probare tex.in.l.domū.C.de rei vendi.vbi conſiderat̃
quātū reus ⁊ ipſe poſſeſſor malefidei ꝑcipere potuit ꝑ͂et.⁊ vltra nō.
in.d.l.domū.dicūt ꝙ malefidei poſſeſſor tenet̃ ante morā de illis q̃s
ipſe reus percipere potuit.d.l.domū.Sed poſt morā tenet̃ de ꝑcipiē=
dis ab actore.bar.ibi hoc reprehēdit:q: malefidei poſſeſſor ſemꝑ eſt
in mora:vt not.in.l.j.C.quod met.cau.in.l.merito.ff.de vi ⁊ vi arma.
Sed replicare poteſt illud eſſe verꝫ reſpectu interitus.Sed nō reſpe=
ctu fructuū ꝑcipiēdorū de quib⁹ agit̃ in quib⁹ cōgruū eſt qđ poſt mo
rā ſit magis grauatus ita vt dicam⁹ ꝙ poſt morā teneat̃ ſi actor plu=
res ꝑcipere potuiſſet q̄ ipſe reus. ¶ Bar.tñ in.d.l.domū.aliter cōclu
dit dicēs ꝙ aut q̃s vult ſe referre ad id qđ ex ſingulari īduſtria perci
pi potuiſſet:⁊ tūc cōſideratur ꝑſona actoris ⁊ nō rei.Quia ſi reus po
tuiſſet plus ꝑcipere ex eius ſingulari induſtria ille nō eſſet ex re ſed
ſua negotiatiōe.l.ij.§.j.ff.ad.l.falcid.⁊ nō eſſet reſtringēdū. ¶ Si ve=
ro q̃s vult ſe referre ad illud qđ cōiter ꝑcipi potuiſſet.tunc ſiue dicas
quantū ꝑcipi poteſt per reum ſiue per actorē idē eſt ex quo relatio fit
ad illud qđ cōi eſtimatione ꝑcipi pōt qđ ⁊ iſta opi.Bar.magis cōiter
approbat:vt Alex.dicit in.d.l.apđ iulia.§.j. ¶ Sed tñ ꝯſiderādū eſt
q: ꝑmū dictū de ſingularitate nō videt̃ verū:q: nō attēdit̃ ſingulare
intereſſe actoris.l.ꝑ͂tia rerꝫ.ff.ad leg.fal.l.ſi ſeruū.ff.ad leg.aq̃l.l.furti.ī
ꝑn.de fur.Scđm dictū Bar.videt̃ bñ ꝓcedere/q: ſi habet̃ relatio ad
cōem eſtimationē nō vr̃ ꝙ attēdat̃ ꝑſona actoris vel rei. ¶ Et qđ di=
ctū eſt de cōi eſtimatione limitat̃ dupliciter.Primo ī poſſeſſore q̄ ha=
beret cauſa; a dño/q: tūc ꝑſona poſſeſſoris attēdit̃.l.ij.vbi Bal.ꝑ illū
tex.C.de pig.act. ¶ Scđo limitat̃:vt no.Bar.i.l.ij.C.đ fur.⁊ lit.expē.
⁊ tradit Alex.i.d.l.apud iulianū.§.j. ¶ Et regula nr̃a hic limitat̃ ſe=
4 cundum glo.hic niſi malefidei poſſeſſor haberet titulum/q: tūc nō
tenetur de fructibus percipiendis:de quo videndum eſt.in.l.ſi fun=
dum.C.de rei vendica. Philippus Decius.

¶ Regula.l.Fraudis interpretatio.

FRaudis interpretatio ſemper in iure ciuili non
ex euentu dūtaxat:ſed cōſilio quoq; de=
ſideratur.

ET ſic fraus conſideratur dupliciter:ex propoſito ⁊
intētione. ¶ Et re ipſa idē colligit̃ in.l.ait pre=
tor.§.ita demum.ff.de his que in frau.credi.⁊ in.l.ij.C.de
ſer.pig.dato manumiſſo.Sic etiā in dolo dicitur dolus ex
propoſito.l.j.§.j.ff.de dolo.⁊ re ipſa.l.cū quis cum alter.

a ¶ Directũ eſt. Habetur etiã in.c.ſtuduiſti.de offi.leg.vbi ꝑ doc.p̃maxime Barb.habetur etiã in.c.j.de reſcrip.vbi late doc.de reſcri.et adde vnũ ſing.ꝟbũ Jo.de Ana.in.c.excõicam⁹.§.fi.de here.vbi dicit ꝙ lz ſit verũ ꝙ ſpecialis cõmiſſio deroget generali per noſtrã regulã: eſt verũ niſi gñalis ſit p̃uilegiata: qꝛ tũc nõ niſi ſpecialis fieret mentio: ꝑ text.i c.veniẽs.de preſcrip. et vide Jaſo.i materia iu 2 riſditionis qñ ſpecialis deroget generali in.l.qð i rerum.§.ſi qs poteſt.de leg.j. Hie. chu.

b ¶ Barto.vbi vid Alexan.ꝛ Jaſo.fi.colũ.vbi etiaʒ ponit 1 quando ſumus i du b bio que.l.erit ſpecialis/et dicit 2 ꝙ illa que eſt magis ſa notabilis.

de ver.obli. Proprie tñ re ipſa tm̃ nõ dꝛ dol⁹: vt no.ꝑ gl.in.d.l.ſi qs cũ aliter.in ꝟ.dolũ habet. Et idẽ videt in fraude vt ꝑprie nõ dicat̃ fraus re ipſa abſqꝫ ꝑpoſito. Et ideo hic i regula copulatiue reqrit̃/ꝙ fraus fieri dicat̃ ex ꝯſilio ꝛ euẽtu: in iurib⁹.ſ̃.alle.ꝛ in.§.i fraudẽ.iſti.ex qb.cau.ma.lʒ.ꝛ i.l.i fraudẽ.i fi.ff.q̃ ꝛ a qb⁹. ¶ Qñqꝫ cũ etiã ſufficit ꝙ fraus re ipſa ꝯmittat̃: vt in l.fi.C.de his q̃ a nõ dño.ꝛ i.l.j.§.j.ſ̃.ſi q̃d i frau.patro. ꝛ per glo.hic. ¶ Et adde ꝙ ex enormi leſione q̃ apparet re ipſa dolus preſumit̃: vt no.Bar.i.l.fi.ſ̃.de p̃to.ſtipu.cũ ſimi.vt tradit Alex.in.l.ſi ſuperſtite.C.de dolo.ꝛ idẽ Ro.in cõſi.liiij.viſis.col.fi.in cõſi.xc.viſo themate.i fi.And.ſicu.i ꝯſi.xlij.col.vij.li.j.ꝛ Pe.d'ancha.in cõſi.xxxviij.ꝑ clariori.vbi cõcludit ꝙ.c.quãuis.de 2 pat.dum ibi dꝛ†nõ valere renũtiationẽ ſi dolo facta ſit intelligit̃ de dolo etiã re ipſa tm̃.aliter tñ i hoc tenet Alex.i cõſi.xlij.ſup p̃miſſo.col.j.li.j.de quo late dixi in conſi.clxxx.vbi videndum.

¶ Philippus Decius.

¶ Regula.i. In toto.

IN toto iure generi ꝑ ſpeciẽ derogat̃: ꝛ illud potiſſimuʒ habet̃ quod ad ſpeciẽ directũ eſt.a

EAdem regula habet̃ in reg.generi.e.ti.in.vj.ad declaratio. huius reg.p̃mittẽdũ eſt† ꝙ ſi leges ſint generales illa q̃ eſt minus generalis ꝑ ſpecie reputat̃: vt no.Bart.b in.l.j.§.hoc autẽ edictũ.col.penul.C.de ope.no.nuntia.ꝛ idẽ dicit Dy.in.d.regu.generi.col.ij. Et ſi leges 2 ſint ſpeciales illa que ſit ſpecialioꝛ attẽditur:†qꝛ induidua derogãt ſpeciei: vt no.Bal.in.l.hac cõſultiſſima.col.j.C.q̃ teſta.fa.poſ.ꝛ in.l.executoꝛẽ.col.vj.ver. ꝛ redeo ad materiã ꝑpriã.C.de executio.rei iudi.vbi inq̃t/ꝙ paruum genus magno generi derogat: ꝛ indiuiduum derogat vtriqꝫ: ꝛ ſi duo habẽt ſe tanqꝫ excedẽtia ꝛ exceſſa illud loco ſpeciei habetur quod min⁹ excedit: vt not.Coꝛ.in conſi.lxxiij.quãuis videatur allegare Barto.in.d.l.j.de ope.no.nuntia.ꝛ i trat.ad

3 repꝛi.in ver.non obſtantibus.†Et qñ vocabulū ſe habet ad gen⁹ ⁊ ad ſpeciem/⁊ poſt gen⁹ ſeqtur ſpecies ne illa additio ſpecierū ſupflua ſit:⁊ vt copula ponaẗ inter diuerſa/rō ſuadet ꝙ vocabulū equocum ponatur pꝛo ſpecie:vt Cornens inquit.in conſi.ccxix.l3 clarā.col.iij.in fi.lib.iiij.

4 ¶†Et illa lex videtur magis ſpecialis in qua ſit euidētioꝛ:⁊ maioꝛ vtilitas/⁊ iſta videtur benignioꝛ interꝑtatio.vt not.Bar.in trac.ad repꝛi.in:℣.nō obſtātib⁹.col.ij.Et illa eſt ſpecialioꝛ in qua maioꝛ eſt ratio ſpecialitatis:vt not.Bal.in.d.l.hac conſultiſſima.col.j.

5 ¶†Et magis ſpecialis regula reputatur illa q̄ reſpicit ꝑſonas q̄ꝫ illa que reſpicit caſus:vt in no.q.tradit Bal.in.l.j.in.iij.q.ff.de offic.conſu.⁊ ibi alleg.Bar.in loco.ſ.alleg.⁊ idem Bal.in.l.j.§.vbi autē.col.ij.℣.ex hoc habes.C.de cadu.tol.

6 ¶†Et illa qualitas q̄ paucioꝛibus ꝯpetit facit diſpoſitionē magis ſpecialē:⁊ illa q̄ pluribus pōt ꝯpetere facit diſpoſitionem magis generalē:vt no.Bal.l.d.l.executoꝛē.in loco.ſ.all'.⁊ de p̄dictis no.Jmo.in.l.gallus.l.§.ille caſus.col.fi.de libe.⁊ poſthu.Alex.in.l.titie textores.de leg.j.Pau.de ca.in.l.nō eſt nouū.col.fi.ff.de legi.⁊ Moder.l.l.ſi ruffinus.C.de teſta.mili.⁊ dixi in conſi.iij.vbi videndum eſt.
¶His p̄miſſis vt in materia hui⁹ regule diſtincte ꝓcedamus.Pꝛimo videndū eſt an ⁊ quādo habeat locū in legibus ⁊ in ſtatutis Secūdo in ꝯtcibus.Tertio in vltimis voluntatibus.Quarto in reſcriptis ⁊ mandatis.cum ſimi.

7 ¶Circa pꝛimū†in legibus pꝛobatur in.l.ſanctio legū.ff.de penis.⁊ tex dū hic inquit in toto iure.⁊ no.per gl.in reg.generi.e.tit.in.vſ.⁊ no.Ang.in ꝯſi.clx.pꝛo deciſione queſitoꝛū.col.j.Fulg.in ꝯſil.ccxv.in pꝛimo pꝛopoſite.in pꝛin.Et idē in ſtatutis regula iſta habet locū:vt no.Bar.in.l.l3 ⁊ poſterioꝛes.ff.de legi.in.l.q̄ſitū.§.ſi q̄s fundū.col iij.℣.hoc induco ad queſtionem de fundo in ſerui.⁊ in conſi.c.a dño Cy.in tertio dubio.Ang.⁊ Fulg.in conſi.ſ.pxi.alleg.
¶Et no.Bal.Jmo.⁊ Alex.l.l.coheredi.§.q̄ patrē.de vulg.⁊ pupil.⁊ in pulchꝛa q̄ſtiōe tradit Ang.in.l.ſi q̄s ab alio.in fi.ff.de calū.⁊ cū p̄dictis ꝯcoꝛdat Fulg.in ꝯſi.cxxxvj.in cauſa ⁊ facit qđ de ſtatuto not.Bar.in.l.lucius.in fi.ff.ad turpil.cū ſi.vt tradit Alex.in.l.talis ſcriptura.col.fi.de lega.j.
¶Et iſta ꝯcluſio tam in legib⁹ q̄ꝫ in ſtatutis ampliaẗ ſiue ſpecies p̄cedat gen⁹ ſiue ſequaẗ:vt not.Bar.in.l.queſitū.§.ſi q̄s fundū.⁊ Fulgo.in ꝯſi.p̄alle.ccxv.⁊ ad hoc facit text.l.l.ſi ita fuero ſtipulat⁹.ff.de noua.vbi paria ſūt ſiue ſtipulatio ſequaẗ numeratione ſiue p̄cedat.facit tex.l.l.iij.C.de edi.act.in.l.petēs.C.de pac.Et qñ genus p̄cedit clarū hoc videẗ vt verba regule ſonāt hic:⁊ in dicta regula generi ꝑ ſpeciē derogaẗ.Jdē tñ eſt qñ ſpecies p̄cedit.ad hoc facit qđ no.ꝑ gl.in.l.ſciēdum.ff.q̄ ſatiſda.cog.que tenet ꝙ diſpoſitio auẗ.offeratur q̄ eſt generalis limitetur non habere locū in caſu ſpeciali.d.l.ſciendū q̄ p̄cedit.ad idē eſt glo.in.§.ſed hodie.inſti.de ſatiſda.in.§.ſuſcepto.in auẗ.de exhi.reis.⁊ in.d.auẗ.offeraẗ.C.de lit.cōte.⁊ dicit Bar.l.d.l.

ſciendū. hoc eſſe notabile ꝑ reformatorib⁹ ſtatutoꝝ.
Et ampliat̃ ſm Bar. ibi etiam ſi dicat̃ non obſtātib⁹
legibus in ↄ̃triū: vt not. ꝑ gl. in aut̃. de here. que ab
inte. in prin. in ꝟ. vacātibus. ⁊ no. idē Bar. in. d. ꝟ. nō
obſtātib⁹. ⁊ cū his ↄcordat Fulg. in. d. ↄſi. ccxv. in pn.
Roma. i cōſi. xl. viſis. col. ij. i cōſi. lvij. in cauſa vertēte.
⁊ i ↄſi. cccxxij. i caſu ꝑpoſite. Abb. in cōſi. lj. vẽ primo.
col. ij. li. vj. ⁊ Alex. in ↄſi. lxxx. viſo. col. iij. lib. j. Et ad ꝑ
dicta facit glo. no. in. l. decurionib⁹. C. de ſilen. li. xij. q̄
8 in ꝟ. decuriōib⁹. cōcludit † ꝙ ꝑuilegiū datū alicui nō
tollitur per legem generalē i cōtrariū cū ſimilib⁹: vt
Feli.[a] ſcribit i. c. j. col. ix. de reſcrip. ⁊ i. c. ſicut. de here.
⁊ bñ facit tex. i. l. ſi adulteriū. §. liberto. C. de adul. Et
ꝑdicta oīa ꝓcedūt niſi cōſtaret de mēte legis genera
lis ꝙ voluerit ſpeciei derogare: vt no. Imo. i. l. ſi ꝟo. §.
de viro. col. vj. ſ. ſol. mat. per. c. ↄ chriſtianos. de here.
i. vj. ⁊ ſeqtur Alex. i. d. l. ſciēdū. ⁊ conſtare vr̃ de mēn
te legis generalis ſi i lege generali dicat̃ nō obſtāte
aliqua lege q̄ generaliter vel ſpecialiter ↄdiceret: vt
no. Bar. in. d. ver. nō obſtantibus. cum ſimi. vt tradit
Alex. in. d. l. ſciendum.
9 ¶ Secūdo † ampliatur dicta cōcluſio etiā ſi vnū ſit ex
legali alterū ex hominis diſpoſitione / q: tamē ſpecia
lia generalib⁹ derogāt. vt no. Bal. i. l. ſi q̄s ꝑuoris. §.
certum. de ſecū. nup. per aut̃. nūc autem. eo. tit.
10 ¶ † Et ꝑdicta regula limitat̃ procedere i eadē lege: ſe
cus eſt i diuerſis legib⁹: q: tūc generi ꝑ ſpeciē nō dero
gat̃: vt no. Bar. poſt Cy. quē ibi refert in. l. j. §. hoc aūt
edictū. col. fi. de ope. no. nū. ⁊ i. d. l. ſanctio legū. col. j. ⁊
i. d. l. queſitū. §. ſi q̄s fundū. ⁊ idē no. Bal. in conſi. clv.
duo ſunt ſtatuta. i fi. li. iij. vbi inq̄t ꝙ diſpoſitio gñā-
lis nō reſtringatur per ſpecialē i diuerſis legib⁹. alr̃.
Barto. in. d. l. ſanctio legum. ⁊ idem tradit Ang. i ↄſi.
ccxiij. primo eſt vidēduz. ⁊ Ro. in cōſi. cccviij. ꝑ habē
da. ⁊ i cōſi. cccxxij. i caſu ꝑpoſite. in pn. Bartholo. ve-
roñ. in ↄſi. xiiij. ꝑ declaratiōe. col. ij. Alex. i cōſi. xiij. vi
ſis. col. fi. lib. ij. ⁊ late Ange. in cōſil. ccclv. q. j. col. ij.
¶ Et iſta limitatio ſane intelligit̃ quādo lex genera
lis ⁊ ſpecialis non contradicunt / q: diuerſimode lo-
quuntur: ſecus vero ſi ſpecies contraria ſit generi / q:
tūc ſemꝑ ſpecies derogat generi vt patet in omnib⁹
regulis que exceptiones patiunt̃. ita Bar. dicit in. d.
l. j. §. hoc autem edictum. ⁊ hoc patet ex eo quod. ſ. di
ctū fuit ꝙ ſpecies que ꝑcedit derogat generi ꝙ poſt-
ea ſuperuenit. vt per gloſ. in. d. l. ſciendum. cū ſimi. ſ.
alleg. Ex quibus patet hoc etiaz ꝓcedere in diuerſis

[a] ¶ Feli. Quē vide i iij. col. ver. valet. ⁊ l. v. verſi. ꝑuilegium. ⁊ l. ix. ver. ſecūda ⁊c. ⁊ Barb. col. xxij.

legibus. Item predicta limitatio habet locum in legi
bus in quibus correctio debet euitari: ſecus eſt in diſ
poſitione hominis. vt not. Bart. in. l. liberis quos. in
princi. ad fi. de alimen. et ciba. lega.
¶ Secundo regula. ſ. dicta non procedit vbi genus
a debet verificari in vna ſpecie/[a] quia tunc generi per
ſpeciem non derogatur. vt not. Abb. per illum tex. in
c. ex parte. el. j. de offi. dele. Bar. in. l. ſi domino. de leg.
j. in. l. ſi heres. de opt. leg. et in. l. queſitum. §. fi. colum.
fi. de fun. inſtru. de quo tamen dicendũ eſt vt dixi in
c. paſtoralis. §. quoniam. de reſcrip. vbi videndum eſt.
11 ¶ Secundo † regula iſta etiam procedit in contracti-
bus: vt no. Dy. in. d. reg. generi. alle. l. ſtipulationem
commodiſſime. de verb. obli. et idem no. Ange. in cõ-
ſi. clx. ſ. alle. Fulgo. in cõſi. ccxv. ſ. alle. alle. l. doli clau-
ſula. de verbo. oblig. et not. Barto. in. l. ſed et ſi adijcia
tur. ſ. pro ſocio. vbi inquit/ quod ſpecies reſtringit ge-
nus ex preſumpta voluntate contrahentium.
12 ¶ Tertio † regula habet locum in vltimis volunta-
tibus: hoc patet primo in ſubſtitutionibus. in. l. cohe
redi. §. qui patrem. de vulg. et pup. et facit text. in. d. l.
coheredi. §. qui diſcretas. eodem titu. Et hoc habet
locũ in eadẽ ſpecie ſubſtitutionis/ ſecus eſt in diuer-
ſa ſpecie: vt no. Dy. l. d. reg. generi. per. l. fi. ſ. ad treb.
vel ſecundum Barto. ibi ex verbis teſtatoris appa-
rebat quod voluit a ſpeciali ſubſtitutione recedere. et
idem Bartolus tenet in. d. l. coheredi. §. qui patrem.
13 ¶ Secundo † hoc idem patet in legatis[b]. l. vxorem. §.
b feliciſſimo. de leg. iij. l. l. ſeruus vrbanus. §. fi. co. ti, vbi in
legatis loquitur/ et dicit quod ſemper ſpecies derogat ge-
neri. et facit text. in. l. alimenta. §. baſilice. de alimen. et
ciba. leg. et iſtam regulam in legatis tradit gloſ. in. l.
queſitum. §. fi. ff. de fun. inſtru.
¶ Et ampliatur iſta regula ſiue genus precedat/ ſi-
ue ſequatur ſecundum Dy. in iſta reg. generi. per. l. ſeruo
manumiſſo. de pecu. le. et. ſ. dictum eſt. et not. Bald. in
conſilio. clx. verba pactorum. libro. j. Paul. de caſt. in
conſilio. clxxxviij. videtur quod predictis.
¶ Secũdo ampliatur etiã ſi legatũ ſit inutile. l. legatũ
. §. j. ff. de adi. leg. l. l. iij. §. minor. de fun. inſtr. no. Bar.
in. d. l. q̃ſitũ. §. fi. col. fi. vbi hoc limitatur per. l. fi. §. fi. de
auro et arg. lega. vbi etiã Bar. ¶ Et iſta regula in lega
tis procedit quãdo vni legatur totũ genus/ et alteri ſpecies
eodẽ reſpectu: ſecus ſi diuerſis reſpectibus: vt quia vni
legatur genus reſpectu vſusfructus alteri ſpecies reſpectu
proprietatis/ quia tunc ſpecies non derogat generi/ ſed

a ¶ Specie. Adde Barba. in. c. cum eſſes. de teſta. co. xxiiij. Iaſo. in. l. ij. ff. de lib. et poſth. col. ij. poſt. princi.

b ¶ Legatis. Vide Bar. in l. q̃ſitũ. §. fi. hic alle. et ibi Alex. in addi. et Abb. c. paſtoralis. §. q̃niam. j. col. et ibi feli. de reſcri. Iaſo. in. l. ſi quis teſta. §. apud iulianũ. de lega. j. et in. l. recõiũcti. xviij. col. poſt medium. de leg. iij. et in. l. ſi tibi homo. §. ſi teſtamẽto. colũ. iiij. de lega. j. Hie. Chu.

concurrūt.l.ſi alij.§.ſempronius.§.fi.l.ſempronio.in principio.de vſufruct.lega.vbi Barto.⁊ idem Bartolus.in.l.ſi quis ſeruum.§.fin.verſi.quero quando legat.de leg.ij.⁊ que no.Bal.in.l.quoties.l.fi.C.fa.her. ℭSecūdo dicta regula ꝓcedit i legatis qn̄ vni legatur gen⁹ alteri ſpecies:ſecusvero ſi eidē genus ⁊ ſpecies legata ſit:q: tūc ſpecies non derogat generi i dubio:q: ſpecies videnť expreſſe gratia tollēde dubitationis.l.queſitū.§.itē ſi fundū.de fun.inſtru.Et ꝑ illum tex.ita dicit Dy.in.d.reg.generi.dicēs:ꝙ ille tex. videtur loqui in dubio.ad idem tex.l.l.ſi mācipia.in prin.eo.ti.de fun.inſtru. ℭEt ſic videť ꝙ i dubio ſpecies cauſa demōſtrationis ⁊ tollende dubitatiōis exprimatur.⁊ hoc in nota.q.tradit Bar.in.l.cēturio.co. xj.in ver.Sed qd̄ ſi dixi.de vulg.⁊ pup.dum ibi cōcludit ꝙ ꝟbū impuberi videtur expreſſum cauſa demōſtrationis:⁊ facit qd̄ not.Bart.in.l.pater.§.mēſe.ver. quid ſi teſtator.de leg.ij.⁊ i.pulchra.q.tradit Pau.de ca.in cōſ.liij.q.exceptiones que opponūť.col.ij.ver. reſtat nūc reſpōdere.Et hoc ꝙ dictum eſt ꝙ in dubio ſpecies exprimatur gratia dubitationis tollēde ꝓcedit qn̄ ſpecies que exꝑmunť reſpiciūt actū legādi.d. l.queſitū.§.ne.dū ibi dr̄ qd̄ legauit fundū cū ſupellectili.illa enim ꝟba cū ſupellectili.exprimēdo ſpēs reſpiciūt ꝟbū legauit ⁊ ſic actū legādi.Secus ſi enumeratio ſpecierū reſpiciat genus ſeu ꝟbū ſignificatiuū generis:q: tūc enumeratio ſpecierū vr̄ facta cā determinatiōis ⁊ legatū reſtringiť.l.cū delaniōis.§ qdā. de fū.iſtru.vbi teſtator legauit villā ꝓut ipſe poſſidebat:illa ꝟba ꝓut ipſe poſſidebat faciūt gen⁹ ⁊ illud gn̄s reſpiciūt ſpēs notate ibi dū dicit ꝙ ipſe poſſidebat cū ſupellectili mēſis mācipij ⁊c.⁊ ita dicit Bart.i d.l.queſitū.§.fi.vbi latius ꝓſequiť materiā.Et dicta Bar.reaſſumit Abb.i.c.ſedes.de reſcriptis. ℭEt ꝑdicta faciūt qn̄ ſpecies exprimūť.Sed qn̄ indiuidua exprimūť:vt q: teſtator legauit vni marmor:⁊ duas ſtatuas marmoreas alie ſtatute nō videť legate.l.heres me⁹.§.j.de leg.iij.l.cū delaniōis.§.cui fūdū.de fūdo inſtru.l.j.§.idē ſi due ſtatue.ff.de auro ⁊ arg.leg. not.Dy.in.d.reg.generi.⁊ Bar.in.d.l.qſitū.§.fi.co.fi.

14 ℭ†Et ſupradicta regula etiā ꝓcedit in laudo i quo gn̄i per ſpeciem derogatur:vt not.Ang.in cōſi.cclv. queſtio predicta.Fulgo.in conſi.cxvij.Joannes quōdam.col.penul.⁊ in conſi.clxxx.viſo proceſſu.colū.ij.

51 ℭEodē modo†in reſcriptis[a] ſeu mandatis ſpecies derogat generi.c.j.de reſcriptis.c.ſtuduiſti.d offic.de

a ℭReſcriptis. Qn̄ in reſcriptis ⁊ priuilegijs ſpecies deroget gn̄i:vide eūdē do. Phil.in ꝯſi. xiiij.col.iiij.i cip.⁊ pro te nui faculta. mea.⁊c.

leg.⁊ not.per glo.in.d.regula generi.⁊ in.c.paſtoralis.§.quoniã .de
reſcrip.declarando vt dixi poſt Abb.in.d.c.j.de reſcrip.

16 ¶Secus eſt in priuilegijs:†q: ſcḋm priuilegium ſpeciale non dero-
gat primo generali ſine ſpeciali:vt no.per gl.in.d.reg.generi per.c.
veniens.de reſcrip.glo.⁊ Abb.poſt alios in.d.c.j.de reſcrip.⁊ tradit
Pet.de ancha.in conſi.clx.viſo.col.iij.Areti.in conſi.lxxvj.diligenter
viſis.col.ij.⁊ dixi in.d.c.j.de reſcriptis.

¶Similiter in mandato fiſcali ſpeciale mandatũ non derogat ſpe-
ciali.l.quoniam augerio.C.de conuen.fiſci debi.lib.x.⁊ no.Bal.in.l.
ij.C.quando fiſcus vel priua.

¶Eodẽ modo in mãdato iuriſditiõis mãdatũ ſpãle nõ derogat ge-
nerali:vt not.Bar.in.l.j.ꝑ illũ tex.ff.de offi.ꝑfec.vrb.facit tex.in.d.l.
fi.C.de iuriſ.om.iud.⁊ in.c.ꝑ hoc.de here.cũ ſimi.vt tradit Roma.in
cõſi.cccij.ꝑſens cõſultatio.⁊ late mod.in.c.paſtoralis.de offi.ordi.et
dixi i.c.ceteꝝ de iudicijs. Et ex.ſ.dictis īfert ad q̃nẽ quã põit Bal.
poſt Dy.in.l.talis ſcriptura.de leg.j.vbi Are.col.fi.Et ad aliã.q.vt ꝑ
Bar.in.l.ab hoſtibꝰ.cũ ſimi.vt tradit ibi Alex.in prin.ff.ſol.mat.Et
aliã ponit Pau.de ca.in cõſi.clxxxviij.videt ꝙ ꝑdictꝰ. Et aliã ponit
Bar.⁊ Imo.in.l.doli clauſula.de verb.obl.Bar.⁊ Bal.in.l.ſi cõſul.ff.
de adop.⁊ Bart.in.d.l.queſitũ.§.fi.Imo.in.l.coheredi.§.q̃ patrẽ.de
vulg.⁊ pup.Et hec ſatis ſint pro aliquali notitia:q: ꝓfunda eſt ma-
teria ⁊ in alto pelago agitatur. Philippus Decius.

¶Regula.l.Que dubitationis.

Que dubitationis tollende cauſa contra-ctibus inſeruntur:ius commune non ledunt.

1 Nota †ꝙ dicta ad tollẽdam dubitationẽ non nocẽt.ad
idẽ tex.in.l.qui mutuã.ff.mãda.l.l.q̃ extrinſecꝰ.
de verb.obli.⁊ facit tex.in.l.ſi pupilli.§.j.ff.de nego.geſt.
¶Et iſto caſu verba prolata ad tollendũ dubitationẽ to-
lerãtur licet ſuperflua ſint:vt not.Abb.in.c.ſolite.in glo.
tanꝗ.in fi.de maio.⁊ obe.⁊ ſatis operantur:quia tollunt dubitatio-
nem.vt idem Abb.dicit in.c.certificari.col.penul.de ſepul.⁊ Domi.
in.c.ſi papa.de priui.in.vj.

¶Et quandoꝙ ad tollendã dubitationẽ fit inculcatio verborũ que
attendiẽ vt no.per glo.in.l.certi cõdictio.in prin.in glo.ij.ſi cer.pet.
Et tradit Spec.in tit.de procur.in.§.hoc aũt.verſ.Sed eppo.de illa
clauſula fecit ⁊ conſtituit ⁊ creauit ſuum procuratorem ⁊c.⁊ facit qḋ
no.Abb.in.q.ſtãte ſtatuto.char.fi.col.ij.⁊ ad tex.hic facit regula que
habetur inferius in.l.non ſolent.

¶Et qḋ d: hic in ꝯtibus idẽ eſt in vltimis volũtatibꝰ.l.teſtamẽtũ.
2 C.de teſta.†vbi in teſtamẽto d: ꝙ abũdãs cautela nõ nocet.Et in le-
gatis expreſſio ſpecierũ q̃ ſub genere cõprehendunẽ qñꝙ nihil ope-
rãtur.l.queſitũ.§.pen.de fundo inſtru.l.legata.in princ.de ſupel.leg.

a ¶ Suſpitionē. Intm̄ ꝙ ſi opponat̄ in reſcriptis principū etiā ſi dicat̄ motu ꝓprio pape ſint appoſita inualidāt reſcriptū. Ita Iaſ. i. l. j. §. j. in. j. col. ff. ſi qs dicē. refert Bald. ꝙ hoc tenet in. l. fideicōmiſſ. §. ſi ſeruo. ff. de leg. iij. ⁊ Fran. cur. in conſi. lxxiiij. antepe. colū. verſi. deciſmo reddit nulla ⁊c. vbi multa dicit per duas col. ⁊ not. quod ſi iudex apponat in precepto penam inſolitam: non tenetur quis comparere. ita Iaſ. vbi ſ. ⁊ in. d. l. teſtamentuʒ. vbi cumulat plura. Hiero. chu.

Et tali caſu dꝫ ꝙ nō mutat ſubſtātiā ꝟitatis nō neceſ
ſaria ꝟboꝝ multiplicatio. i. l. piculis. §. labeo. de aur.
⁊ arg. le. ⁊ dicūt Hoſt. Io. an. ⁊ Ant. de bu. ibi in. ij. op
po. in. c. nimis. el. j. de exce. pla. ꝙ ꝟba non pñt nimis
ſpecificari ad tollendā ſophiſticā interp̄tationē. ⁊ ad
idem facit tex. in. l. fi. vbi Bar. C. de prediis do. lib. xj.
¶ Et r'la iſta ꝓcedit niſi illud qd̄ dicit̄ cā tollēde dubi
tationis eſſet īſolitū: qꝛ ſuſpitionē inducit vt no. ꝑ gl.
in. l. ſi quis ſub cōdi. ff. de cōdi. inſti. ⁊ Bal. ibi notat
3 illam glo. quod † clauſule inſolite: ſuſpitionē[a] fraudis
inducūt. ⁊ idē no. Bal. in. d. l. teſtamentū. cum ſimi. vt
tradūt moderni ibi: ⁊ pri⁹ Feli. in. c. ij. col. ij. de reſcri.
⁊ Adde Bal. in. c. j. de feudo dato inuicē. l. cōmiſſorie.
4 col. ij. vbi inquit † ꝙ pactū inſolitū facit preſumi ꝯtra
ctū vſurariū. ⁊ no. Pet. de ancha. in cōſi. clviij. ſi predi
cta ſententia col. fi. in ver. accidit p̄dictis. dicēs: licet ſo
leat dici ꝙ abūdās cautela nō nocet. d. l. teſtamētū. tñ
i ꝑſonis ſuſpectis puta i vſurariis cautele adhibite
arguūt cōtractū ſimulatū[b] l fraudē vſurarū. ꝑ gl. i. d.
l. ſi qs. ⁊ tradit Bart. veron. in trac. de ſimula. contra
ctuum. in. ix. p̄ſump. ¶ Scd̄o regula iſta limitatur
5 † niſi illud quod cauſa tollēde dubitatiōis exp̄mitur
ſit vitioſum: vt no. Sali. in. d. l. teſtamētum. ⁊ b modo
reſpōdet ad cōtraria allegata ibi in glo. Et hoc ꝯfir
matur: qꝛ in ſententia cauſa nō requiritur, c. ſicut. de
re iudi. ¶ Et tñ ſi ad tollendū dubitationē cauſa ex
primat̄ que falſa ſit vitiat̄ ſentētia: vt not. per Inno.
in. c. in preſentia. de renuntia. ſic etiā in libello cā nō
requirit̄: quia libellus generalis procedit parte non
opponēte. l. fi. C. de annali excep. Si tamē ad tollēdū
dubitationē cauſa exprimatur: ⁊ illa inepta ſit libel
lus vitiatur vt no. Bart. in. l. edita. col. iij. C. de eden.
in. l. j. in prin. ff. de edendo. ¶ Eodē modo in teſtib⁹.
nam illis creditur abſqꝫ ratione ſi interrogati nō fue
rint: vt not. per gl. in. l. ſolam. C. de teſti. vbi Bar. ⁊ tñ
ſi teſtis malam rationem adducit eius dictum vitia
tur[c] adeo † ꝙ nō valet ſtatutum qd̄ credatur teſtibus
6 qui malam rationē adducunt: vt Bal. dicit in. l. non
7 ſpeciali. circa fi. C. ſi de teſta. ¶ † Et iudex rōne arbi
trij nō poteſt credere teſti malā rationē adducēti: vt

b ¶ Simulatū. Adde Frā. de curte ꝯſilio. lv. col. v. in fi. ⁊ cōſi. lxvj. co. xviij. in medio. ⁊ Bar. i ꝯſi. lxxvj. colū. j. l. iij. vo. ⁊ in ꝯſi. xvj. colum. v. in ij. volu.

c ¶ Vitiat̄. vide bal. in ſua marga. in verbo teſtes. ꝟ. xviij. Lāfrā. in. c. qm̄ ꝯ. de ꝓba. ꝟ. teſtes. Alex. in. l. j. ff. de noui ope. nunc. ⁊ doc. c. ſi qñ. de reſcrip.

no.idẽ Bal.i.d.l.ſolã.i fi.nã i dictis caſib⁹ qñ cã non exprimit̃ eſt p̃ſumptio p̄ ſnia p̄ libello ⁊ p̄ teſtibus. Sʒ qñ exprimit̃ mala cã a p̃ſumptiõe recedit̃ ⁊ hʒ locũ glo.in cle.cõſtitut⁹.in v̄bo.de nouo.de elec.q̃ dicit ꝙ plus nocet inepta locutio ꝙ̃ taciturnitas.⁊ facit regula expreſſa nocent.j.eodẽ. Philippus Decius.

¶ Regula.l.Donari videtur.

a DOnari[a] videtur qđ nullo mõ cogente concedit̃.

Vbi nullo iure cogẽte.Iſta rl'a de plano procedit qñ nec ciuili nec naturali iure đbitũ ſit.⁊ idẽ habet̃ l.i.donari.ff.de do. Et eodẽ modo hʒ

1 locũ regula † ſi tm̃ ciuiliter debitũ ſit: q2 illa nõ eſt potẽs ad agẽdũ cũ effectu:nec ad retinẽdũ: vt not.Io.and.⁊ Abb.poſt alios in rub.de don.⁊ idẽ dicit glo.hic:q2 tali caſu tanꝙ̃ indebite ſolutũ reperitur.l.ſi nõ ſortẽ.§.indebitũ.ff.de cõdi.indebi. Secus ſi naturaliter debitũ ſit ex pacto:q2 cũ talis obligatio ſit potẽs ad retinendũ.l.ſtichum.§.fideiuſſor accipi.ff.de fideiuſ.ideo videt̃ ſolutio.debiti ⁊ nõ donatio.l.hoc iure.§.pe.ff.de dona.Et ita glo.hic dicit:q̃ tñ concludit ſecus eſſe in obligatione naturali ad antidora q̃ nõ excludit donationẽ.Et idẽ gl.exp̃ſſe dicit in.l.ſʒ e ſi lege.§.cõſuluit.ff.de peti.here.⁊ videt̃ ſequi Bar.

2 in.l.j.co.ij.ff.đ dõ.Abbas tñ i rub.de don.dicit † ꝙ donatio que fit cauſa remunerationis non eſt vera donatio.allegat Bar.in proemio ffoꝛũ.⁊ ipſe hoc ſequit̃: quia donatio propria eſt illa ad quã mouetur donãs ex liberalitate.l.j.ff.de don.Et hoc nõ eſt in eo qui eſt obligatus ad antidora:q2 poti⁹ videtur ſoluere debitũ nature.ad hoc inducit.l.aquilius.ff.de dona.¶ Et ſecũdũ predicta dicẽdũ eſt ꝙ illa verba nullo iure agẽte accipiantur proprie p̄ut verba ſonãt.Tunc videtur ꝙ etiã obligatio naturalis tm̃ non impediret donationẽ:q2 talis obligatio non producit actionẽ.l.iuriſgentiũ.§.igitur nuda.de pact.⁊ ꝑ cõſequens nõ cogitur inuitus ſoluere ille qui naturaliter obligatur. ¶ Nã obſtat tex.qui in ꝯ̃triũ allegat̃.in.l.hoc iure.§.pe.ff.de don.q2 ibi loquit̃ in eo q̃ in veritate numerauit pecuniã ſuo:quo caſu ſi reſtituat̃ ſibi pecunia credita nõ đ2 illã ex cauſa donatiõis recipere:q2 recipit qđ numerauit:ſec⁹ videt̃ qñ numeratio facta nõ fuiſſet:q2 ex ſola naturali etiã ex pacto nõ videt̃ ĩpediri

a ¶ Donari.Adde ꝙ i dubio nõ ẽ preſumẽda donatio qñ poteſt capi alius ſenſus.de quo vide plura dicta ꝑ Hippo.ſin.lvij.incipiẽ.nõ preſumit̃.

donatio ex quo talis obligatio nō habet neceſſitatē ſoluēdi: & ratificat qđ đ hic nullo iure cogēte: & a fortiori id etiā dicēdū in obligatiōe naturali ad antidora q̄ lōge minoris eſt pōderis. ¶ Nō obſtat qđ đ de liberalitate: q2 ſatis dicitur exercere liberalitatē ille q̄ dat illud qđ dare nō cogitur ꝑut eſt in naturali obligatiōe. ¶ Nō obſtat. l.aquilius regulus: q2 ibi agit de mercede ꝑceptoris que erat debita & poterat peti l.j.§.ludi quoq3 literarij.de varijs & extraor.cogni.& ita dicit glo.in.d.l.aquilius. ¶ Philippus Decius.

¶ Regula.I.Non vr̄ rem amittere.

NOn videtur rē amittere cui9 ꝓpria nō fuit.

1 Et amitti †nō pōt qđ acq̄ſitū non fuit.l.j.§.j.ff.qb9 modis vſuſfruc.admit. ¶ Et deſijſſe nō đ qđ nō icipit.l.titio vſuſfruct9.đ ꝯd.& demō.Amiſ-
2 ſio em̄ eſt †priuatio[a] que preſupponit habitum.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iur.l.decē.de v̄.obliga.c.ad diſſoluendū.de deſpō.impube.& nō moritur q̄ nō vixit.xxxij.q.ij.c.quod vero.in.c.ſicut ex tuarum.de homici.cum ſimi.vt per gl.in.d.c.ad diſſoluēdū.& in.d.c.quod vero.et ideo dicitur quod nō eſt rūpi nō poteſt.l.nā & ſi ſub conditione.§.ſi poſt.ff.de iniuſto rup.l.liberos.§.fi.de capi.dimi.Sic etiam dicit ꝙ qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.l.ei9 q̄ in ꝓuinciā.ff.ſi cer.peta.l.ſi ſeruum in fi.ff.de acti.emp. ¶ Et ex his ꝯfirmat qđ no.Bal.l.l.ij.C.de iur.annu.
3 aur.dicēs ꝙ †per inſtrumentū legitimationis ꝓbat quem non fuiſſe legitimum.

[a] ¶ Priuatio. Adde Soci.conſi.clxiij.i verſi.ſecunda ratio.in.ij.vo.& tex.in.§.j.iſti.de libertinis. vbi Io.de pla.tradit notabilē doctrinā qñ priuatio ponit a legiſlatore & qñ ab homine quem videas.

¶ Et per inſtrumentum emancipationis ꝓbat filiationem & patriam poteſtatē preceſſiſſe: vt no.Bal.in l.moueor.C.de ſer.expoſ.& in.l.fi.col.iij.C.de ſen.paſſis.& q̄ agit penitentiam videtur cōfiteri delictū: vt no.Bal.in.c.literas.per glo.ibi in ver.ꝯfeſſus.de preſump.cum ſi.vt tradit ibi Feli.& prius Alex.in.l.j.in prin.in.ij.col.ff.de ope.no.nū.

¶ Et q̄ opponit exceptionē ꝯpenſatiōis videt fateri debitū: vt no.Ro.in ꝯſi.lxxvij.pater reuerēde.Et nō priuatur ſucceſſione q̄ nō ſuccedit: vt no.Are.in cōſi.lxxxv.viſo compromiſſo.in fi.

4 ¶ †Et quātum ad tex.hic regula videt ꝓcedere ſm ꝓprietatē verbo2: improprie vero & largo mō etiā đ rē admittere cui9 ꝓpria nō fuit: vt glo.hic dicit p.l.ſi

ſeruū.ſ.ad.l.aq̄.vbi q̄s dr̄ amiſiſſe illud quod conſeq̄ nō potuit.ꝛ l.l.pupillorū.vbi glo.in ꝟbo amiſiſſe.C. de admi.tu.ꝛ adde gl.ꝑ illū tex.i.c.concilia.xvij.diſt. in pnc.q̄ dicit ꝙ etiā q̄s ꝑdere dr̄ ꝙ nunq̄ habuit.ꝛ idē gl.xxiij.diſt.i.c.quorundā.i verbo admittit ꝛ.v.q. vj.i.c.q2 iuſtā.in ꝟbo ſacerdotis.xxiij.q.iiij.i.c.guiliſari⁹.i verbo ſacerdotis.xxxiij.q.ij.i.c.ꝙ vero ſic etiā largo mō actus nullus infirmat̄.l.j.vbi glo.i ꝟ.infirmat̄.ſ.de ſeruis.ꝛ in.l.ex empto.§.is q̄ vinū.ſ.de act. emp.ꝛ tex.i.l.ſi q̄s preſby.de reb⁹ eccleſie nō alienā. ibi iuribus euacuet̄ q̄uis ab initio nullas habuerit Et iſta pēdēt ab illo articulo qn̄ ſit ꝙ ꝓuatio p̄ſuppo nat habitū de quo no.Bar.in.l.decē.de ꝟ.obli.Ang. are.l.§.ſeru⁹ inſti.de capi.diminu.Et qn̄ excipiēs videat̄ fateri intētionē agētis dixi in.c.cū venerabilis. de excep.Et ad p̄dicta facit gl.no.in.c.exhibitum.de ho.in verbo venia.q̄ dicit ꝙ petēs veniā nō vr̄ fateri delictū de quo in locis ꝑallegatis. Phi.Decius.

¶Regula.l.Cum amplius.

CUm ampli⁹ ſolutū eſt q̄ debeat̄ cui⁹ pars nō inuenitur q̄ repeti poſſit: totū eſſe indebitū intelligitur manente priſtina obligatione.

1 NOto regulā q̄ tres data inſolutū ꝑ maiori quātitate q̄ eſſet debitū i.totū vitiat̄ datio inſolutū.ad idē tex. l.l.ſi nō ſortē.§.ſi cētū.ſ.de ꝯdi.inde.vbi tex.rationē adducit ne inuit⁹ cogat̄ habere ꝯmunionē.¶Et ibi Bar.hoc dicit eſſe notādū ꝑ dationibus inſolutū q̄ fiūt tota die vt ſi in aliqua parte datio inſolutū ſit plus debito tota datio in ſolutū vitiatur.ꝛ ſequit̄ Bal.in.l.certi ꝯditio.§. qm̄.verſi.ſecundus ſi index.ſ.ſi cer.pe.Fulgo.in ꝯſi. cxxxvij.q2 ex facto ius oritur in.j.dub.ꝛ in ꝯſi.clxxij. viſis.col.ij.Rom.in ꝯſi.ccccl.preſens dubitatio.i fi.ꝛ cōſi.cccclinj.in re pn̄ti.col.iij.ver.v.dicendū eſt.¶Et iſta concluſio bene procedit in decreto iudicis,put lo

a quitur tex.in.d.l.ſi non ſortem.§.ſi centū[a] q2 decretū eſt indiuiduum prout no.Bal.in.l.cer.cōdi.§.quoniā ſ.ſi cer.pe.fa.tex.in.l.j.§.his ꝟbis.ſ.ne vis fiat ei.ꝛ l l.in hoc iudicio.ſ.fa.herci.¶Secus eſt in vēditiōe facta a creditore de pignore ꝯuētionali virtute poteſtatis ſibi date in inſtrumēto: q2 lꝫ vēdat rē valentē plus credito ſuo vēditio non retractatur: ſed pretiū

a ¶Centū. Ubi videas Jaſo. qui in omnib⁹ cōcordat cum d.Phil.hic.

qđ excedit debitori reſtituit. l. ſi i aliquo. C. de diſtra. pig. l. qnãuis. §. fi. ff. de pig. act. ⁊ dato ꝙ etiã iudex tali caſu ↄſentiret ⁊ decretũ interponeret nõ dicit pignus pretoriũ ſed cõuẽtionale vt no. Bar. in. l. creditores. in fi. C. de pigno. ⁊ nõ habet locũ tex. in. d. §. ſi centum. ⁊ hic vt no. Arc. in ↄſi. diligenter viſis ⁊ intellectis. put dixi in. d. §. qm̃.

¶ Scđo regula iſta locũ hꝫ qñ erratũ fuit in ſumma debiti pncipalis: vt qꝛ debitũ erat de triginta: ⁊ data fuit res iſolutũ ꝑ quinquaginta vel quadraginta. Secus ſi erratũ fuit in eſtimatiõe rei date iſolutũ. vt qꝛ ꝓ ꝟo debito de cẽtũ data fuit res iſolutũ q̃ valebat cẽtũ: q̃quaginta: qꝛ tũc datio iſolutũ valet ꝓ quãtitate veri debiti ⁊ reſiduũ reperit: vt no. Bal. ꝑ illũ tex. l. i. fi. C. de in. do, impe. l. ij. co. ꝟ. itẽ pigno. ⁊ no. Ale. poſt Pau. de ca. l. d. §. ſi cẽtũ. ⁊ idẽ Bal. in. d. c. freqũeter. §. finantẽ. vt lit. nõ ↄte. Alc. in. l. j. §. pe. de ꝟ. obli. ⁊ Are. ibi q̃ etiã ponit ⁊ aliã limitationẽ. ff. dictã de pignore ↄuentionali. ⁊ alle. tex. in. l. j. §. ſꝫ ſi duo. ff. quorũ lega. 5

¶ Tertio limitatur qđ hic dꝛ ⁊ in. d. §. ſi centum. vt ꝑ Bal. in. l. ordo. circa fi. ꝟ. quero vtrũ. j. de exe. rei iudi. 8

¶ Philippus Decius.

§. Is natura debet.

¶ Is natura debet quẽ iure gẽtiũ dare oportet: cuius fidem ſequuti ſumus.

a ¶ Gẽtiũ. Uide Iaſ. i prin. inſt. de act. col. ij. ⁊ l. i. ex hoc iure. vbi poſt alios declarat bñ que ſit obligatio naturalꝭ col. ix. in fi. ꝟ. in eadẽ gl. vbi in ſequẽtibꝰ col. ponit. xviij. effectus naturalis obligationis antidotalis.

1 a Nota † ꝙ naturalis obligatio eſt de iure gẽtiũ ⁊ ita iſtũ tex. ad hoc allꝫ. Bar. i. l. ſtichũ. §. naturalis. in fine. ff. de ſol. ⁊ gl. ibi exponit: naturalis ideſt de iure gẽtium. Et ad declarationẽ notandum eſt ꝙ naturalis obligatio diſtinguitur: ⁊ duobus modis principaliter conſideratur. Similiter etiã ius gẽtium duobus modis accipitur.

2 ¶ Circa primum † de naturali obligatione illa cõſideratur dupliciter. Primo: pro illa naturali que oritꝫ ex conſenſu ⁊ ex illa eq̃tate naturali que ſuadet vt promiſſa ſeruentꝫ. l. j. in prin. ff. de conſti. pecu. ⁊ iſta vinculo eq̃tatis quod inducitur eadẽ equitate ipſo iure diſſoluitur. l. ſtichũ. §. naturali. ff. de ſolutio.

¶ Et iſta cũ fundata ſit i ↄſenſu naturali: etiã cũ ſeruis contrahitur. l. naturaliter. l. ſi id qđ. ff. de condi. indebi. l. heres a debitore. §. ꝟuo ſuo. ff. de fideiuſ. ⁊ pari ratiõe inter patrẽ ⁊ filiũ oritur iſta naturalis obliga

tio.l.frater a fatre .vbi glo.ꝛ Bar.ff.de condi.indebi. ¶Secūdo naturalis obligatio cōſideratur ꝓ illo natu turali inſtinctu vt bene facienti bñ faciam⁹: de quo loquitur tex.in.l.ſed ꝛ ſi lege.§.ꝯſuluit.ff.de pet.here.in l.ſi nō ſortē.§.libertus.ff.de cōdi.inde.in.l.ſi nō remu nerādi.§.inde papinian⁹.in fi.ff.māda.ꝛ no.ꝑ glo.in d.§.conſuluit.ꝛ in.c.j.viij.q.ij.in.ver.cōpellit. Et iſta non ſolū inter extraneos: ſed etiā inter cōiunctos con trahitur: vt no.ange.per illū tex.l aut.de nō eligēdo ſecundo nub.col.j. Et de natura iſti⁹.l.obligatiōis la tius Bar.tradit in.l.ex hoc iure.col.iiij.de iuſt.ꝛ iure.

5 ¶Similiter ius gētiū cōſideratur dupliciter ſm Bar. in.d.l.ex hoc iure.col.iij.ꝛ in.l.ſi id quod.ff.de cōdi.inde. Nā quoddā eſt ius gētiū qđ fuit eoipſo ꝙ gentes eſſe ceperūt naturali ratiōe inductū abſq; aliqua ꝯſti tutiōe hominū vt fidē ꝛ promiſſa ſeruare ꝛ iſtud ius gentiū primeuū ius naturale dicitur.c.ius naturale. j.diſt.ꝛ in.§.j.ꝛ.§.ſingulorū.inſtitu.de rerum diuiſiōe

a vbi expreſſe dicitur qđ ius naturale[a] appellatur ius gentiū: ꝛ intelligitur de illo iure gentiū primeuo de quo dicitur in.d.§.j.de rerū diuiſio. Quoddā eſt ius gē tium ſecūdarium quo omnes gentes vtuntur ex ꝯſti tutionibus eorū non ſm rationē naturalem: imo quā doq; cōtra vt ſunt bella captiuitates ſeruitutes diſti ctiones dominorū de quo iure gētiū loquitur, tex. in l.ex hoc iure.de iuſt.ꝛ in.i.l.poſtliminiū.ff.de captiuis. in pri. Et iſta diſtictio cōmuniter approbatur licet Are tinus conetur illā impugnare in.l.j.in pri de acq. poſ. ¶Et ſm iſtā diſtictionē declaratur tex.in.l.j.§.ius na turale.ꝛ.§.ius gētiū.ff.de iuſt.ꝛ iure.vbi ius naturale ꝛ ius gētiū ponūtur tanq̄ ſpecies diuerſe q2 ibi loqui tur de iure gentiū ſecūdario. Eodē modo iſte tex.de bet declarari dū inquit q; iure gētiū obligatur ille cui⁹ fidē ſequuti ſumus ꝛ talis obligatio dicitur naturalis: nam de iure gentiū primeuo intelligitur ꝙ in effectu di citur ius naturale vt ſupra dictū eſt. Et ꝯcludendū vi detur ꝙ illa naturalis obligatio que habet ex ꝯſenſu vel ex inſtictu nature vt bene facienti bene faciam⁹ eſt de iuriſgētiū primeuo.ꝛ ita tex.hic itelligitur: ſec⁹ eſt in iure gētiū ſecūdario qđ diſtinguitur a iure naturali: vt ff.dixi.

Philippus Decius

a ¶Ius naturale quot modis ſumatur vide Ab. l.c.ð cōſue. in.j. colum.

¶Regula.l.In ambiguis.

In ambiguis pro dote reſpō dere melius eſt

1 Nota † q̄ i dubio iudicādū est ꝓ dote:
ad idē tex.i.l.i ambiguis.ff.de iu
re do.facit tex.in.l.si ego.§.si res.ff.de iure
do.⁊ in.l.fi.C.ad velle.in.l.j.ff.so.ma.⁊ ibi
hoc exēplificatur ſm Bar.post Dy.q̄ ſi re
periant duo iſtrumēta eodē die cōfecta:⁊ alterū ſit in
a ſtrumētū dotꝫ:dꝫ iudicari: q̄ illō pri⁹ a ꝯfectū fuerit:⁊
pari rōe idē videt̃ dicēdū exiſtētib⁹ parib⁹ ꝓbatiōib⁹
iuxta not.i.c.in nr̄a.de teſtib⁹.Et hoc etiā videt̃ hr̄e
locū i muliere agēte ꝓ dote:q: fauor cauſe p̄pōderat
fauori rei.c.fin.de re iudi.l.inter pares.ff.de re iudi.
¶ Et qd̄ dicit̃ de dote idē videt̃ i alijs cauſis fauora-
bilibus que doti equiparātur.d.c.fi.de re iudi. Et iō
in duob⁹ inſtrumētis factis eodē die p̄ſumitur prius
factū illud qd̄ reſpicit fauorem eccleſie:vt Ro.tradit i
ant.ſimiliter.in repeti.in.xiij.ſpeciali i cōtractib⁹.Et
idē in ſimili habet̃.de fiſco.l.j.C.de iur.fiſ.lib.x.Et i fi
ſco no.Bal.in.l.j.C.de here.vel act.vendi.col.fi.⁊ itē
2 in dubio.† nam fiſcus et cauſa dotis a pari ꝓcedunt
l.ij.vbi gl.C.de iu.fiſ.⁊ ꝑ glo.in.l.dotis.C.de iure do.
